2

QUINQUAGINTA
IN
JURE SUMME DUBIÆ
IN
FACTO INTRICATISSIMÆ
IN
PRAXI FREQUENTISSIMÆ
CONCLUSIONES
PER REDUCTIONEM
AD JUS COMMUNE CIVILE
AD
OBSERVANTIAM JURIS SAXONICI
ET
SANCTIONES PRAGMATICAS SILESIÆ
PER CONSEQUENS
DE TRIPLICI JURE
ENUCLEANDO REDDITÆ EVIDENTISSIMÆ
LIBELLANDO, EXCIPIENDO, RE- ET
DUPLICANDO TAM IN PRIMA, QUAM SECUNDA
INSTANTIA, SUPER PROCESSU PROBATORIO, SUMMARISSIMO, SUMMARIO-EXECUTIVO AC
ORDINARIO VENTILATÆ
NEO-PRACTICO UTILISSIMÆ
PER AUTOREM EAS PRIUS
GNAVITER TRUTINANDO
COLLECTÆ.

LIPSIÆ ET WRATISLAVIÆ,
SUMPTIBUS MICHAELIS ROHRLACHII, MDCCXXVIII.

Lectør Benevole!

JUs Saxonicum per utriusque Silesiæ Ducatum Jus Commune esse nemo inficias ibit, verum potius omnes hujus Provinciæ Themidis Cultores, & in foro contentioso decertantes, casu dubio & controverso eveniente, Statutis cujusvis loci, non minus Sanctionibus pragmaticis de eo silentibus, ex hoc fundamentalem decisionem petentes, & tandem postremo loco ad Jus Romanum Civile, Saxonico super controversia nil clare disponente, pro complemento recurrentes, id unanimi consensu adstruunt. Unde evenit, ut ob notitiam tot diversorum Jurium, videlicet Statutorum Sanctionum pragmaticarum, Juris Saxonici, in superiori Silesia potiori ex parte Bohemici, ac Juris Civilis Romani, Practicum Silesiæ in arenam judiciariam descendentem abyssus difficultatum comitetur, ac ob id eum Argo

oculatiorem eſſe oporteat. Quamobrem, hiſce omnibus bene perpenſis ac ponderatis auſim imperterrite adſtruere, nullibi Praxin forenſem tot tantisque difficultatibus quam in Sileſia expoſitam eſſe; hocque aſſertum neminem ſpero temere oppugnaturum, ni velit ante conflictum devictum iri, ſiquidem id evidentiſſimis demonſtrationum armis propugnandi paratiſſimus, aſt quo magis hoc omnibus notum, eo minus inſultum timendum habeo. Quod autem quam maxime huic Praxi Juridicæ nodos Gordios nectit, eamque quaſi inextricabilem reddit, eſt 1. defectus Ordinationis Judicialis, per totam provinciam univerſaliter valentis, quali omnes aliæ provinciæ ſuffultæ. Nam in Sileſia ſinguli ferme Principatus & Dynaſtiæ, imo ſingulæ ferme civitates & curiæ, localibus ſuis gaudent Statutis. Atque 2. inopia ſufficientium interpretum ad Sanctiones pragmaticas vel Statuta locorum commentantium, vel etiam Jurium diverſorum invicem conciliantium. Fateor equidem, D. Henelium in Sileſiographia, D. Schickfuſium in Chronico, D. VVeingarten in Faſciculo diverſorum Jurium, Statuta locorum ſedule collegiſſe, nec non aliquos præclariſſimos, in Jure fundatiſſimos, in Praxi expertiſſimos viros, inter quos merito connumerandi D. Caſparus Schiferdegherus, D. Thomas Schrœerus, D. Chriſtophorus Seidelius, cui ultimo præ iſtis primatus jure debetur, atque alii omnem conatum pro

ea

ea facilitanda impendiſſe; aſt hi omnes reſpectu torrentis aliarum provinciarum, patrii Juris interpretum, rivulum tantummodo efficiunt. Quare & ego huic rivulo minutiſſimam guttulam affundere volens, Quinquaginta in jure ſumme dubiis, in facto intricatiſſimis, in praxi frequentiſſimis Concluſionibus, per reductionem ad Jus Civile commune, ad obſervantiam Juris Saxonici, & Sanctiones pragmaticas Sileſiæ, per conſequens de triplici jure enucleando redditis evidentiſſimis, libellando, excipiendo, re- & duplicando, ſuper proceſſu probatorio, ſummariſſimo, ſummario-executivo ac ordinario, tam in prima, quam ſecunda inſtantia ventilatis, pro Neo-Practico utiliſſimis, atque ideo ad alleviandam aliquantulum difficillimam praxin concinnatis, venio in lucem. Et quanquam eas pro meo privato duntaxat ſtudio collegi, & ob id vix conſpectu publico dignas eſſe cenſeo; nihilominus tamen, ſi communicatio ſufficiens publicandi ratio foret, non ambigerem, ne gratum apud Lectorem benevolum conciliarent animum, præprimis cum quælibet Concluſio ſua proviſa praxi. Concernendo ordinem earum, ne in iis congerendis ſimillimus ſim ſtellis in cœlo fluido errantibus, fixas imitari conatus, dum certo ſyſtemati (ſervato videlicet eodem ordine, quem ſibi non ita pridem clariſſimus ac conſultiſſimus D. Johannes Philippi, conterraneus noſter plurimum devenerandus, in ſuis Obſervationibus practicis ad Deciſiones

 Ele-

Electorales Saxonicas casuum juris dubiorum proposuit) easdem appendi, & ob majorem commoditatem legentium, ut praxin ambientes triplicis juris notitiam facillima methodo acquirere queant.

Prodeant igitur omnium lectum & conspectum cum dubio incertoque successu, earumque cursus exspectet obviam prodeuntium sugillantium incursus, qui si sint rationabiles æquo, & pro re nata grato etiam animo sustinendi, sin minus, decenti aliquando reprehensione vindicandi. Interea autor unice solabitur, hoc opusculum non primum fore, quod taxantium rabido proscindetur dente. Nam & aliorum clarissimorum virorum præstantissima opera talem temerariam a rabidis hominibus subiere censuram; quid hoc exile non habebit exspectandum? Tu vero L. B. omnia in meliorem partem interpretare, velimque cogites, esse Conclusiones has ab initio quidem pro meo solummodo privato studio collectas, nunc vero pro aliquali Neo-Practici adjumento communicatas, sique hoc a te factum fuerit, per id tibi me servitiis æternum reddes devinctum.

Vale!

Summaria Conclusionum in hoc Opere discussarum.

Conclusio I.

OMnis testis, ut suis ad interrogata factis responsis fides adhibeatur, juramentum deponere cogitur. p. 1

2.

Clerici, sacerdotes ac omnes ministri ecclesiæ, in testes producti, æque ac laici juramentum, ut eorum depositionibus fides habeatur, deponere coguntur 15

3.

Clerici, in causa ecclesiastica, spirituali ac matrimoniali in testes producti, non necessario juramentum præstare coguntur, sed eorum depositioni, revocatæ super juramentum, ecclesiæ vel altari præstitum, creditur 22

4.

Nullus, neque clericus, neque laicus, ad juramentum adigi potest, si ei fuerit a partibus vel expresse vel tacite remissum 24

5.

Testes in causa criminali atque matrimoniali, ubi contra & non pro matrimonio agitur, etsi eis a partibus sit remissum juramentum, nihilominus ad illud deponendum adstringi possunt 27

6.

Non tenetur sacerdos seu minister ecclesiæ, etiamsi a magistratu requisitus, confessionem sibi factam revelare 30

7.

Clerici nonnisi coram suo judice ecclesiastico, vel ejus commissario, conveniendi, & ut testes examinandi sunt 37

8.

Clericus nec in realibus coram judice laico conveniri potest de rigore & in puncto juris, bene vero de consuetudine plurimorum locorum contrarium servatur 40

9.

Testes non jurati examinati, publicatis etsi attestationibus denuo sub juramento examinandi 46

10.

Testes etiam in possessorio summarissimo seu momentaneo absque juramento nihil probant, proinde, ut eorum depositioni fides habeatur, juramento devincendi 50

11.

In processu summarissimo unius testis jurata depositio sufficit 60

12.

Statuto induci potest, ut credatur testibus injuratis 66

13.

In causa timoris armorum, tumultus, aut alias periculi in mora, testibus injuratis quandoque creditur 71

14.

Instrumenta guarentigiata, modo recognita, de jure Saxonico atque consuetudine multorum locorum paratam merentur executionem 73

15.

Contra instrumentum, ut maxime sit guarentigiatum, adhuc exceptiones locum habent 79

16. Con-

CONCLUSIO I.

Omnis Teſtis, ut ſuis ad interrogata factis reſponſis fides adhibeatur, juramentum deponere cogitur.

SUMMARIA.

1. *Teſtibus absque juramento non creditur.*
2. *Quia juramentum eſt cujuslibet teſtimonii ſubſtantialis qualitas.*
3. *Teſtationum vis & poteſtas pendet ex teſtium jurejurando.*
4. *Teſtes non aliter fidem faciunt niſi jurati.*
5. *Judici ut judici teſtes producti dici non poſſunt, niſi juraverint.*
6. *Teſtes debent utraque parte præſente juramentum deponere, non vero examinari.*
7. *Proinde pars adverſa ad videndum & audiendum teſtes jurare ſub vitio nullitatis citanda.*
8. *Non ſufficit ferre teſtimonium ſub fide, ſemel altari aut eccleſiæ præſtita.*
9. *Nec ſufficit deponere ſuper juramento, domino ſuo præſtito.*
10. *Quia juramentum, quo teſtes ad veritatem dicendam adſtringuntur, eſt de ſubſtantia teſtimonii.*
11. *Procedit Concluſio de omni Jure.*
12. *Formula exhibendi articulos probatoriales.*
13. *Alia, ſi teſtes ſub diverſa jurisdictione domicilium habeant.*
14. *Alia, ſi producens adhuc plures poſitiones exhibendi ſibi reſervaverit, & teſtes pariter degunt ſub diverſa Jurisdictione vel regione.*
15. *Formula exhibendi poſitiones ab alienigena, deprehendente teſtes in loco Judicii.*
16. *Formula offerendi articulos una cum depoſitione aliquorum teſtium jam facta.*
17. *Formula offerendi poſitiones & documenta.*
18. *Formula exhibendi articulos reprobatoriales.*
19. *Formula juramenti teſtium.*
20. *Alia.*
21. *Publicatis atteſtationibus neque in prima neque in ſecunda Inſtantia ulterior probatio admittitur.*
22. *In Sileſia in Proceſſu Probatorio tantum Inductio & ejusdem Exceptio deberet admitti, in praxi tamen ſubinde admittitur Replica & Duplica, in aliis autem proceſſibus nulla Triplica, neque Quadruplica locum obtinet.*
23. *In Appellationis Inſtantia tantum deductio gravaminum, & contra ea Exceptio conceditur, inhibitis penitus Replicis, Duplicis, Pro- & Reproteſtationibus.*

24. *In Saxonia vero ordinarie Triplica & Quadruplica locum habet.*
25. *In Processu vero probatorio ultra Triplicam nec ibi ulla positio amplius conceditur.*
26. *Attestatorum disputatio in omni processu admittitur.*
27. *Probationes & reprobationes conjunctim sunt disputandæ.*
28. *Disputatio attestatorum in Saxonia non fit oretenus, sed in scriptis, idem in Silesia, nisi per pauca documenta probatio facta fuisset, obtinet.*
29. *Post disputationem attestatorum nova documenta offerre est inhibitum.*
30. *Disputationi attestatorum vel in totum vel in partem litigatores renuntiare possunt.*
31. *Renuntiatio a reo quo modo fiat.*
32. *Formula renuntiationis a parte actoris.*
33. *Vratislaviæ in Consistorio Episcopali omnes positiones (ut in foro Saxonico consuetum) fiunt oretenus, aliquando tamen ad petitionem & instantiam partium indulgetur, ut Replica & Duplica in scriptis porrigi valeat.*
34. *Formula Inductionis in probatorio.*
35. *Formula Exceptionis in probatorio.*
36. *Testi quoad personalia potest opponi nimia familiaritas cum producente.*
37. *Familiaris testimonium non est attendendum.*
38. *Testes e domo accusatoris producti non sunt examinandi.*
39. *Et tanquam inhabiles rejiciendi.*
40. *Pauperes non sunt habiles ad testificandum.*
41. *Quia facile corrumpi præsumuntur.*
42. *Formula Replicæ in probatorio.*
43. *Persona gravis & fide digna omnem inhabilitatem tollit.*
44. *Domestici illi sunt, qui in eadem domo habitant, & ad unum panem patris familias vivunt.*
45. *Testis honestæ vita & probatæ fidei, etsi pauper sit, habetur pro homine legali.*
46. *Paupertas non est de genere malorum.*
47. *Testis idoneitas non in divitiis, sed in fide principaliter versatur.*
48. *Facultates & dignitates tantum non valent, quantum boni mores & fidelitas.*
49. *Fidelis & honestæ vitæ, & qui de ingenuis parentibus natus, pro paupere non habetur.*
50. *Paupertas sola & per se neminem suspectum facit.*
51. *Exceptio contra conclusionem, quod testi injurato non credatur.*
52. *Replica.*
53. *Allegatio textuum e Jure Saxonico, quod consules & scabini, in testes producti, non teneantur juramentum testium deponere.*
54. *Duplica.*
55. *Interpretatio textuum Juris Saxonici.*
56. *Jus Saxonicum ita intelligendum, ut quam in minimo lædat Jus Commune.*
57. *Sententia, quod testium depositio sine juramento sit nulla.*

1. PAtet Conclusio juxta illud tritum: Testibus non juratis non creditur;
2. quia juramentum est cujuslibet testimonii substantialis qualitas. *Ma-*
3. *scard. de Probat. Vol.3. Concl. 1362. n.3. Hippolyt. de Marsil. Singul. 214. n. 4.*
4. Ac proinde testationum vis ac potestas ex testium jurejurando depen-
5. det. Adeo ut nec aliter fidem faciant, nisi jurati sint. *C. nuper si. C. quoties 5 & C. universis 23. X. de testib. L.9. Cod. eod. t Gail.4. Observ. 101 n.1.* Qua ratione etiam Judici, ut Judici, producti testes dici non possunt, nisi juraverint. *Petr. Heig.*

Heig. Part. 2. Quæst. 4. n. 32. Hahn ad Wesemb. Part. 2. Lib. 22. Tit. 5. Debent au- 6.
tem testes utraque parte præsente juramentum deponere, ne fraus vel injuria committatur. *L. 19. cum auth. sed etsi quis Cod. de testament. Ant. Faber in Cod. de tit. 14. Def. 13. Carpzov. Part. 1. Const. 16. Def. 31. n. 4. & seq.* Quamobrem 7.
pars adversa ad audiendum & videndum testes jurare sub vitio nullitatis citanda, prout ex locis & autoribus actu citatis abunde patet.

Quæres: Num sufficiat testimonium revocatum a teste ad fidem, 8.
quam præstitit Altari aut Ecclesiæ? Vel, si Consul, Senator, Scabinus, Judex, 9.
revocet suam depositionem ad juramentum præstitum Senatui, aut Vasallus, vel subditus super juramentum Domino præstitum? Et respondetur 10.
negative, quia juramentum speciale, quo testes ad veritatem dicendam adstringi solent, est de substantia testimonii; ergo tanquam substantiale quid omitti non potest, alias deficiente eo redderetur testimonium nullum. *Panormit. in Can. de testib. n. 8. de testib. Mynf. Observ. 3. cent. 2. Beust ad Rubr. de jurejur. n. 208. pag. 44. Gail. Lib. 1. Obs. 101. n. 15. Græv. Concl. Pract. 101. consider. 5. n. 4. Habn. ad Wesemb. P. 2. Lib. 22. Tit. §. Jusjurandum de Veritate pag. 109.*

Supra posita conclusio indubitate procedit de omni jure; priusquam 11.
autem ad praxin ipsiusmet conclusionis deveniam, præmitto alia quædam practica, quum aliunde, antequam attestata & depositiones testium publicentur, prius positiones probatoriales vel reprobatoriales Judici exhibebeantur, dein ad examen eorum præmisso juramento procedatur, hinc aliquot formulas positiones exhibendi consuetas, uti & aliquot juramenta testium, atque formulam ipsius Inductionis subjungere volui.

1. Formula exhibendi articulos probatorios. 12.

Es ist am 5. dieses ein Urthel folgenden Innhalts publiciret worden: Dieweil Beklagter 2c. und nachdem dasselbe seine bindliche Krafft Rechtens erlanget, als will ich zu gehorsamer Folge dessen hiermit meine Articulos Probatoriales cum nominibus testium & Directorio sub lit. M. übergeben haben, bittende, selbige nicht allein hochgeneigt anzunehmen, sondern auch ehestens einen Termin anzuberaumen, Beklagten nebst den Zeugen dazu gebührend vorzuladen, und sodann die Zeugen zu vereiden, und zu verhören, und deren Aussage fleißig registriren zu lassen, gestalten ich denn de adhibita diligentia protestiret haben will.

2. Formula exhibendi positiones probatoriales, si te- 13.
stes sub diversa Jurisdictione domicilium habeant.

Kläger will in termino zu Folge des den 13. Septembris jüngsthin publicirten Interlocuti contra Hrn. N. zu Verführung des ihm auferlegten Beweises bey-

beykommende Poſitiones probatoriales gehorſamſt überreichen, mit Bitte, ein Exemplar davon ad formanda interrogatoria admiſſibilia dem Gegentheil ſub præfixione certi termini gnädig zu communiciren, und wenn ſolche eingereicht, per ſubſidium juris die eine Part von Zeugen bey den löblichen Gerichten zu N. die andere aber allhier abhören zu laſſen, Kläger reſerviret ſich übrigens quævis jurium competentia, und beharret.

14. 3. Formula exhibendi poſitiones probatoriales, ſi actor adhuc plures reſervavit, & teſtes pariter in diverſa regione degunt.

Nachdem ich mir abgewichenen 3. hujus bey Uberreichung etwelcher Poſitionum probationalium contra den Hrn. N. expreſſe vorbehalten, noch mehren Beweis currente adhuc termino probatorio einzubringen: Als überreiche hiermit gegenwärtige Poſitiones probatoriales mit gehorſamſter Bitte, daß ein Exemplar davon gedachtem Hrn. N. ad formanda deſuper interrogatoria admiſſibilia hochgeneigt inſinuiren zu laſſen, und nach deren Einbringung dieſe durch ein Subſidial - Schreiben an den Magiſtrat nach N. zu ſenden, und ſelben per ſubſidium Juris zu erſuchen, womit er die denominirte Zeugen in dicta die vereide, und examinire, auch deren Auſſage in einem verſchloſſenen Rotulo mit dem förderſamſten anhero ſende, zugleich aber auch von dem Hrn. N. die Erklärung mit abzuheiſchen, ob er ſelbſt bey der Vereidung alldorten ſeyn, oder iemanden bevollmächtigen, oder ja zugeben wolle, daß in abſentia ipſius dieſer Actus vollzogen werde. Ich meines Orts will nicht ermangeln, daſelbſt einen genugſamen Gevollmächtigten ad producendum teſtes alldorten zu beſtellen, und wie dieſemnach des Hrn. N. Erklärung gewärtig bin, als beharre ich mit Reſervirung quorumvis competentium & cum ſolenni proteſtatione de adhibita ubique a me diligentia, & de non labendo termino probatorio eines Hoch-Edl. Magiſt.

15. 4. Formula exhibendi articulos probatoriales ab alienigena deprehendente teſtes in loco Judicii.

Zu Folge des den 1. a. c. zwiſchen mir und dem Hrn. N. publicirten Interlocuti uberreiche mitkommende Poſitiones probator. mit gehorſamer Bitte, daß, weiln zwey Zeugens-Perſonen dieſen Marckt aus N. kommen, und in Procinctu ſtehen ſchon heut wieder wegzureiſen, ich ihnen aber bis Mittwoch die Warte-Gelder entrichtet, und länger unmöglich dahier ſubſiſtiren wollen, Ein Hoch-Edler Magiſtrat geruhe mir armen Fremdling oberkeitlich zu ſuccuriren, und durch Zuſendung der Poſitionum dem Hrn. Bekl mitzugeben, daß er bevorſtehende Mittwoch, ſowol ad videndum & audiendum jurare teſtes, und Uber-

reichung

reichung seiner etwan habenden Interrogatorien sub pœna præclusi parat erscheine, auch zu Abhörung dieser Zeugen, sothanen Tag anzuberaumen, die Vereid- und Examinirung vorzunehmen. Ich bedinge mir übrigens noch vor Ablauff dieser Beweis-Frist mehrern Beweis einzubringen per expressum, und beharre für hochgeneigte dieses meines Gesuchs Gewährung.

5. Formula offerendi Articulos Probatoriales una cum depositione, jam ab aliquibus testibus facta. 16.

Hiermit überreiche zu Folge des zwischen mir und Hrn. N. ergangenen Interlocuti den mir zuerkannten Beweis verschlossener durch mitkommende Positiones Probatoriales, mit Bitte, sowol zur Publication desselben, als zu Vereidung deponirenden Zeugen ein, cum adcitatione des Hrn. Bekl. und Uberreichung zulänglichen Interrogatorien einen fördersamsten Tag anzusetzen, allstets dafür beharrende.

6. Formula offerendi Articulos una cum Documentis. 17.

Weiln in dem am 5. Nov. jüngsthin zwischen mir Kl. an einem, und N. Beklagten andern Theils eröffneten Urthel mir auferleget, daß ich den Grund der Klage, und so viel daran verneinet, in Sächsischer Frist erweisen solle, und obgedachtes Urthel in seiner Krafft Rechtens erwachsen: Als will ich hiermit die Beweis-Articul nebst Abschrifft der dabey inducirten Documenten sub A. B. C. & D. übergeben, und daß solche Beklagten überschicket, er auch zugleich auf einen gewissen Termin zur Recognition citiret werden möge, gebeten haben.

7. Formula exhibendi Articulos Reprobatorios. 18.

Demnach in Recht schwebenden Sachen N. Klägers an einem, Bekl. andern Theile, gedachter N. zu Folge des am 10. Febr. jüngsthin publicirten Urthels sich einer Beweisung unterfangen, und angemasset: Als will bemeldter N. aus Zulassung der Rechte, und seiner in Actis beschehener Bedingung nach, hiermit der in berührtem Urtheile ihm vorbehaltenen Gegenbeweisung sich gebrauchet haben; übergiebt solchemnach beyliegende Articulos reprobatorios, samt Namen der Zeugen und Directorio sub lit. A. mit angehefftetet gehorsamsten Bitte, dieselbe von ihm also an- und aufzunehmen, darauf ferner zur Vereidung und Abhörung der benennten Zeugen förderlich einen Termin, doch unmaßgeblich, zu verordnen. Es protestiret aber gedachter N. hiermit nochmalen solenniter, daß er durch Reproduction und vorbehaltenen Gegenbeweis kein Onus probandi auf sich genommen, oder zu einem mehr, als in Rechten er schuldig, adstringiret und verbunden habe, gestalt er ihm auch alle disfals gebührende Rechts-Wohlthaten, absonderlich aber das Beneficium, actore non probante

bante reus venit absolvendus, expresse reserviret, und vorbehalten haben wolle, quibus de iterum iterumque protestatur.

19. 1. Formula eines Zeugen-Eides.

Ich N. N. schwöre zu GOtt dem Allmächtigen, daß ich auf die Beweis-Artickel und Fragstücke, vel auf die Gegenbeweis-Artickel, so mir werden vorgehalten werden, und den gantzen Handel zwischen N. N. an einem, und N. N. am andern Theile, so viel mir bewust, die lautere klare platte Wahrheit ohne einige Falschheit oder Heucheley aussagen, auch was ich mit meinen leiblichen Augen gesehen, und mit meinen Ohren gehöret, anzeigen will, und daran nichts verhalten, oder reden um iemands Haß oder Gunst, Freundschafft oder Feindschafft, oder aus Furcht oder um Geschencke, Gut oder Gaben, Nutz oder Schaden, noch irgend einerley Ursache wegen, die von Menschen-List oder Gedancken ersunden werden mögen; will auch beschehene Fragen und gebene Antwort keinem Menschen entdecken oder offenbaren, bis lang solches Zeugniß publiciret und eröffnet, so wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Evangelium.

20. 2. Formula alia eines Zeugen-Eides.

Ich schwöre, daß ich auf alles das, so mir wird vorgehalten werden, und ich befraget werde, die reine, lautere, pure, einfältige und gantze Wahrheit sagen, berichten und bekennen, und die keiner Ursach halber verhalten will: Als mir GOtt helffe durch JEsum Christum unsern HErrn.

Plures formulas hujus materiæ *vid. apud Saurium* in der vollkommenen *Notariat*-Kunst, *apud Jo. Sattlerum in Thesauro Notariorum, Volckmannum Part. 1. Cap. 78. p. 436. & Part. 2. Tit. 1. Cap. 5. Jacob. Ayer in Processs. Hist. Part. 1. Cap. 8. p. 185. & Cap. 13. p. 340. Mathiam Hertel.* im *Notariat*-Spiegel.

Deposito a testibus juramento proceditur ad Examen eorundem super articulis, quorum tibi formam quoque subjicere necessum fuisset: Verum cum articuli tam probatoriales, quam reprobatoriales a sagacitate, ingenio & prudentia capacis advocati dependeant, earumque formam plurimi Practici tam antiqui, quam neoterici exhibeant, *Ayer in Processs. Hist. Part. 1. Cap. 8. p. 186. usque ad p. 209. item Cap. 13. p. 343. usque 351. item Part. 2. Cap. 2. a p. 412. usque 431. item p. 445. usque 454. item p. 566. usque 575. item p. 591. usque p. 670. &c.* Spathen *Part. 2.* des teutschen *Advocaten pag. 672. & seqq. pag. 683. p. 704. & seqq. pag. 759. seq. & pag. 780. & seqq. Adam. Volckmann. Part. 3. Cap. 5. pag. 14. & seqq.* Joh. Friedrich Hertel *Inst. Imper. Praxi Forensi p. 216. & seqq.* atque apud alios supra citatos, proinde benevolum lectorem eo remitto.

21. Postquam testes examinati, publicatur eorum depositio, qua publicata ulterior probatio neque in prima neque in 2da Instantia admittitur. *P. 1. C. 16.*

C. 16. §. fin. & Constit. 21. Nicolai in Processf. P. 1. C. 64. n. 17. sed tum actori incumbit, ut Inductionem ordinet, reo vero contra competit exceptio Inducti onis. Ultra vero in Silesia procedere per Sanctiones pragmaticas penitus est inhibitum, quia Inductio & ejusdem Exceptio ex mera legislatoris liberalitate est indulta. *vid. Brachvogel P. 2. n. 128 p. 648. Dn. Seidel. Lib. 2. Cap. 7. Sect. 15. in Observ. Pract. de Jurib. Silesiæ.* Hoc quidem per dictam Pragmaticam ita ordinatum, ast apud nonnullas Instantias passim Replica & Duplica ob Sportularum emolumentum admittitur; quod Practico haud difficile constare potest, dum ipsi Exceptio a Judice ad replicandum communicatur. In Consistorio vero Episcopali Vratislaviæ in Processu Probatorio nunquam Duplica admittitur, sed litigantes contenti esse debent Inductione, Exceptione & Replica, cum in Silesia ultra Duplicam nulla Triplica, multo minus Quadruplica, admittatur. *vid. Brachvogel. & D. Seidel. cit. loco.* 22.

Similiter etiam in Appellationis. Instantia nullæ Replicæ neque Duplicæ, multo minus Pro- & Reprotestationes, aut Triplicæ & Quadruplicæ admittuntur, sed solum indulgetur Appellanti gravaminum Deductio, & Appellato Exceptio. *vid. Brachvogel. Part. 1. n. 38. p. 323. In nova Sanctione Appellatoria § 16. Dn. Seidel. citato loco.* 23.

In Saxonia vero non modo Triplica, verum & Quadruplica partibus concessa est. 24.

In Processu vero Probatorio post publicationem Attestatorum Quadruplica denegatur, & Exceptione, Replica, Duplica & Triplica partes contentæ esse debent. *Ordinat. Processf. tit. 29. in pr.* 25.

Ubi autem notandum, quod in omni Processu, tam Criminali, quam Civili, tam Ordinario, quam Summario admittatur Attestatorum disputatio. *Carpzov. in Processu Tit. 15. Art. 1. n. 8. & seq.* 26.

Sunt autem Probationes & Reprobationes conjunctim disputandæ. *Part. 1. Const. 18 & Ordin. Processf. Tit. 29. in pr.* 27.

Disputatio Attestatorum in Saxonia non fit oretenus, sed in scriptis; *Ordin. Processf. Tit. 29. in pr.* (quod & apud nos, ubi plerumque omnia in scriptis ventilantur, usus obtinuit,) nisi per pauca Documenta probatio facta fuisset; tunc enim disputatio oretenus fieri debet. *d. J. §* Wenn aber &c. 28.

Circa disputationem Attestatorum notandum, in iis non licere, nova offerre Documenta. Ordinat. *Processf. d. Tit. 29. §.* Es sollen aber &c. 29.

In qua Disputationis Attestationum materia partes singulis Positionibus, vel ipsi disputationi totaliter renunciare possunt, ita ut Attestationes simpliciter Judicis cognitioni subjiciantur. *Ordin. Processf. Tit. 19. §.* Es sollen &c. *in fine. Carpzov. Lib. 3. Resp. 76. n. 3.* 30.

Fit

31. Fit autem Renunciatio a Reo hoc modo:

Es könte zwar Beklagter der nach denen Sanctionibus pragmaticis ihm vergünstigten Exception (de Jure vero Saxonico der zugelassenen Exception und Duplic,) sich bedienen, nichts destoweniger erkläret selber sich hiermit judicialiter, daß er auf den geführten und anitzo publicirten Beweis und Gegenbeweis zu verfahren nicht gemeynet ; wie er denn seiner zustehenden Exception (de Jure Saxonico Exception und Duplic) ein für allemal hiermit will renunciiret, und den Beweis und Gegenbeweis dem gerichtlichen Ausspruche übergeben, iedoch seine darwider bedürfftige Remedia Juris per expressum vorbehalten haben.

Ab actore autem mediante tali adhæsione:

Kläger hat vernommen, daß Beklagter der Disputations-Gesetze wider den Beweis und Gegenbeweis sich begeben : Wiewol nun Kläger an diese Renunciation nicht gebunden, und ihm derselben ungeachtet dennoch frey stehet seiner Repliquen und Tripliquen (de Jure nostro seiner Induction,) sich zu bedienen ; so will er doch aus einer und der andern Ursache, auch zu Beförderung des Processes geschehen lassen, daß ohne vorhergehende Disputations-Gesetze über den geführten Beweis und Gegenbeweis möchte definitive erkannt werden : Wie er denn hiermit zum Urthel, iedoch cum reservatione aller Rechts-Wohlthaten, will concludiret haben.

De Jure nostro ille ordinat Inductionem, cui injuncta probatio fuit; contra quem vero injuncta fuerat, ille excipit: Notandum, quanquam publicatio Attestatorum sit utilis & necessaria, non est tamen de substantia Processus ; proinde etsi omissa fuerit, non reddit sententiam nullam. *Gail. L. 1. Obs. 105. n. 5.*

33. In Consistorio Episcopali Vratislaviæ omnes Positiones, oder Satz-Schrifften, sicut in foro Saxonico consuetum, fiunt oretenus, das ist vom Mund aus in die Feder, nisi aliquando ad petitionem & instantiam Partium, si casus est gravis & dubius, indulgetur, ut Replica & Duplica in scriptis porrigi valeat.

34. In Processu Probatorio Formula Inductionis oder Beweis-Induction.

Mit Vorbehalt quorumvis competentium. Demnach mir von E. H. E. Magistrat in dem den 9. Febr. a. c. publicirten Interlocut gewisser Beweis auferleget worden ist, auch selbigen übernommen, und zu rechter Zeit, theils durch eidlich abgehörte Zeugen, theils auch durch die vom Beklagten recognoscirte Briefe,

Briefe, gnugsam vollführet habe: Als habe ich, nachdem selbiger verwichenen 19. publiciret worden, der Nothdurfft, selben ordentlich zu induciren, erachtet. Wie nun in ermeldter Interlocutoria mir zu erweisen auferleget worden, daß ich beweisen solle, daß Beklagten 200. fl. vorgestrecket habe: Nun dann erhellet dieses aus denen Præsumtionibus Articuli 1. usque ad 10. über welche Zeugen eidlich verhöret sind; pro secundo so affirmiren es testes omnes ad positionem 10. & 11. und endlich pro tertio confirmiren es jene Briefe sub n. 1. 2. 3. 4. & 5. welche ich wegen solchen Darlehns von ihm empfangen; er auch solche recognosciret und für richtig erkennet. Sintemalen nun ich der Interlocutoria ein Genügen gethan, und wie bräuchlich den Beweis introduciret habe, auch nichts mehr ist, das von mir noch vollführet, und mich in meinem Petito hindern solte: Als gewendet an E. H. E. Magistrat mein nochmaliges gehorsamstes Gesuch und Bitten, Selbiger geruhe nunmehro zu befinden, daß ich dasjenige, so mir zu erweisen auferleget worden, ich auch zu thun übernommen, zur Gnüge probiret, und daß diesem nach Beklagter, weiln schon per juratos testes dargethan worden ist, daß ich ihm zwey hundert fl. vorgestrecket, und er mir solche schuldig, anitzo verbunden solche Schuld-Post ohne Anstand und Weigerung zu zahlen. Für diese gnädige Declaration mit Vorbehalt fernerer rechtlichen Nothdurfft beharre E. H. E. Magistrats.

Beweis-Exception. 35

Für gnädige und hochgeneigte Concession, daß ich wider den vom Hrn. Sempronio angemaßeten und vermeyntlich verführten Beweis meinen Gegenbeweis introduciren, und wider seinen geführten Beweis excipiren möge, erstatte gehorsamsten Danck. Nun muß zwar reservatis reservandis geschehen lassen, daß Gegentheil auf den so genannten verführten Beweis all seine Hoffnung setzet, auch ein grosses Concept von seinen abgehörten Zeugen machet, als wenn er durch denselben schon gnugsam den ihm per sententiam auferlegten Beweis verführet hätte: Allein er möchte doch derselben Qualitates ein wenig betrachten, und deren Aussage recht und wohl überlegen; so wird er gleich ein anders Concept von ihnen machen müssen. Zumalen was die Personalia anbelanget, so ist dem ersten Zeugen überhaupt entgegen nimia familiaritas cum 36
Producente, wie er selbsten *ad Interrog. gen.* gestehet, daß er zwar dem Producent mit keiner Bluts-Freundschafft oder Schwägerschafft verwandt, doch mit ihm allezeit ein guter Freund gewesen, und bey ihm offt aus- und eingegangen. Nun saget *L. 3. in pr. ff. de testib. vel amicus ei sit.* und *L. 5. Cod. eod.* wie auch *C. accusatores. Caus. 3. quæst. 5.* quod familiaris Testimonium non sit attendendum, 37
welchem beyfället *Mevius Part. 8. Decis. 212. n. 5.* mithin er tanquam testis minus

idoneus zu rejiciiren, und seine Aussage nicht zu regardiren, weiln zu præsumiren ist, daß er mehr aus Zuneigung gegen Producente, als aus Beförderung der Gerechtigkeit testiret habe; welches nicht allein zu præsumiren, sondern klar aus seiner Responsion ad interrogatorium 2. erhellet, da er ausgesaget, daß er gerne sähe, wann Hr. Sempronius diesen Process gewinnen thäte; aus welchem klar die Partheylichkeit des Zeugen gegen Zeug-Führer erhellet. Dem
38 andern Zeugen aber stehet quoad personalia entgegen, daß er des Zeug-Führers Domesticus seye, wie er es selbsten ad interrog. 3. gestanden, da er gefraget: Wie er zu diesem Zeugniß gekommen sey? so hat er geantwortet, weil er in producentis Hause wohne, so habe ihn Producens zu sich beruffen, da er dem Beklagten das quæstionirte Geld vorgestrecket. Nun saget *L. 24. Testes eos, quos accusator de domo sua produxit, interrogari non placuit. ff. de testib.* welchem *legi* beyfället *L. etiam 3. Cod. eod.* und *Can. si testes C. 4. quæst. 3. & C. in literis X. de te-*
39 *stib. adeoque domestici tanquam inhabiles sunt rejiciendi.* Dessen giebt die Ursach *L. data 27. Cod. de donat.* und saget: *Apud domesticos facile aliquid potest confingi;* dieserwegen sein Zeugniß nicht zu attendiren, und mir seine Aussage tanquam testis inhabilis nicht schädlich seyn mag. Gleichwie nun dieses Zeugens Aussage mir nicht schädlich seyn kan, so und vielweniger kan mir des dritten Zeugen
40 Deposition einigen Nachtheil zuziehen, indem demselben quoad personalia nimia paupertas entgegen ist, wessen Armut aus der Antwort, die er ad interrogator. general. Wer er seye? und wie er sich erhalte und ernähre? gethan, klar am Tage lieget, zumalen er daselbst ausgesaget, daß er ein armer Mensch seye, und sich mit seiner Hand-Arbeit ernähre. Nun ist in Rechten schon ausgemachet, quod extrema laborantes paupertate suspecti videantur. *C. in primis Caus. 2. quæst. 1. L. 3. in pr. ff. de testib. Brunnem. ad hanc L. n. 3. Perez ad Cod. de testib. n. 5. Seraphin de Seraphinis in tr. de Privil. Juram. privil. 33. n. 47. Nicol. Calvol. in Prax. Judic. §. exceptio contra testes 20. Concl. 9.* Dessen Ursach geben
41 die Doctores *ex L. Spadonem §. fin. ff. de Excusat. Tutor.* quia facillime corrumpi posse præsumuntur, unter welchen Lehrern nicht der letzte *Merckelbach. apud Klock. Vol. 4. Consil. 3. n. 32. Meier. in Coll. Argent. de Testib. th. 9. n. 19.* Mithin auch dieses Zeugens Aussage ungültig, weder zulänglich, vielweniger von einer Consideration seyn mag. Da ich nun klar dargethan habe, daß derer Zeugen ihr Testimonium wegen denen Obstaculis, die ihren Personen entgegen sind, nicht consideriret werden mag noch kan; so und noch handgreifflicher werde ich erweisen und darthun, daß, wenn auch posito, neutiquam tamen concesso, ihnen quoad personalia nichts entgegen stünde, dennoch ihre Attestationes nicht Stich halten könten: Zumalen dieselben nicht einhellig, sondern gantz wanckelmüthig und contradictorie geantwortet haben, wie dieses aus der Antwort interro-

terrogat. special. ad artic. 3. & 6. klar am Tage lieget, da dieselben animose ausgesaget, daß Sempronius dem Mevio Geld vorgelehnet, und doch nicht aussagen können, wann dis geschehen, und wie viel desselben gewesen; und da sie haben den Ort benennen sollen, wo er ihm das Geld vorgestrecket, so hat Testis 1mus gesaget in der Stube, 2dus aber bezeuget, daß dieses alles in dem Gewölbe vorgegangen. Wie sie nun bey diesen Interrogationibus sich ziemlich vergangen, und gantz gegen einander ausgesaget, so und noch mehr sind sie von einander gewesen, und gantz contradictorie ad interrogat. art. 9. 10. & 11. gezeuget, indem der erste Zeuge geantwortet, daß dem Sempronio bald und in Gegenwart seiner das Geld gezahlet worden; der andre und dritte aber, daß die Zahlung schon geschehen wäre, da sie darzukommen; welche letztere etwas gewissenhaffter gewesen sind, als der erste, massen ihnen wohl bewust, und ihr Gewissen ihnen dictiret, daß dem Sempronio das Geld niemals gezahlet worden: Dahero sie auch für selben nicht absolute, sondern nur limitate gezeuget; doch, damit sie den Mevium mit ihrer Aussage nicht vor den Kopff stossen möchten, so haben sie die Partheylichkeit in diesem sehen lassen, und die vermeyntliche Zahlung, als wäre sie schon vor ihrer Ankunfft geschehen, auf solche Zeit restringiret. Sintemalen nun aus diesem allen klar erhellet, daß der Zeugen ihre Aussage theils wegen ihrer Inhabilität, theils auch wegen der Contradiction in testificando nicht bestehen mag, auch Zeug-Führer aus diesen Ursachen dasjenige, so ihm zu erweisen obgelegen, er sich auch temere angemasset, nicht vollführet habe: Als bewendet an E. H. E. Magistrat mein gehorsames Gesuch und Bitten, Selbiger geruhe, mich von seinem Ansinnen und unrechtmäßigen Prætension plenarie zu absolviren, Gegnern aber in die Ersetzung der so temere causirten Schäden und Unkosten zu verurtheilen, gestalten ich dann dem übrigen allen, und was nicht verbotenus excipiendo in der vermeynten Induction beantwortet worden, generalem jurium atque factorum inficiationem kräfftigst opponire, und mit Vorbehalt fernerer rechtlichen Nothdurfft beharre ꝛc.

Formulam Exceptionis, prout juxta exigentiam Pragmaticarum fieri debet, in qua lis necessario contestanda venit, *Vid. Concl. 44. n. 14.*

Ultra de foro nostro, uti supra indigitatum est, procedi non debet.

Beweis-Replic. 42

Beklagter vermeynt durch seine gekünstelte Inductions-Exception schon victorisiret zu haben, aber er thut zu frühzeitig und vor der Victorie das Jo! pæan! singen, indem ihn sein nichtiges Excipiren nicht im geringsten releviren wird. Dann betrachte man nur ein wenig sein ungegründetes Einstreuen, so er dem ersten Zeugen ratione der Familiarität entgegen setzet, so ist dasselbe gar

 von

43 von schlechter Folge, da Test. 1. persona gravis & fide digna; persona autem gravis & fide digna omnem inhabilitatem tollit. *L 5. Cod. de test. L. 3. pr. L. 21. §. ult ff. eod. Umm' ad Processf. Disp. 16. n. 16. Meier. in Coll. Argent. de test. th. 10. n. 13. Calv. in Prax. Judic. §. 20. Concl. 3 n. 9. Brunnem. in Processf. Civil. Cap. 20 n. 4. & ad L. 3. n. 5 ff. de testib.* wodurch die entgegen gesetzte Inhabilitæt, zusamt dem nichtigen Einwenden gehoben wird. Gleiche Bewandnis hat es mit jenem, was dem andern Zeugen, daß er des Zeug-Führers Domesticus wäre, oppomret wird. Dann eben dis hält keinen Stich, alldieweilen nicht aus blosser und kahler Cohabitation die Domesticität, sondern aus andern trifftigern Umständen, als wann er an Zeug-Führers Tische und Brot, oder sein Mercenarius seye, zu schliessen.
44 Quia domestici illi sunt, qui in eadem domo habitant, & ad unum panem patris familias vivunt. *Carpzov. Lib. 3. Resp. 89. n. 7. Jo. Surd. Decis. 35. n. 2 & 3. Mev. ad Jus Lub. n. 2. Lib. 5. Tit. 7. Art. 5. Ant. Mathæi de Jud. Cap. 9. th. 29. seqq.* Mercenarius. *L. perspiciendum 11 §. 1. ff. de pœn. Cothm. Vol. 1. Consil. 15. n. 46. Campeg. de testib. Regul. 12. & 15.* Mithin auch dieses, was dem andern Zeugen nachtheilig hätte seyn sollen, zernichtet worden. Belangend das, was wider den dritten Zeugen ratione seiner Armut eingewendet wird, so hat dasselbe weder einen Schatten einiger Erheblichkeit; sintemalen ein ehrlicher Wandel, ehrbares Leben, glaubwürdige Bescheidenheit, alles dieses ausschliesset, was dem
45 Zeugniß eines Armen entgegen seyn möchte: Quia alias, qui est honestæ vitæ & probatæ fidei, habetur pro homine legali, cui omnino fides habenda, licet pauper sit. *C. si qui testium X. de testib. ubi Felin. n. 7. & 8. Nicol. Calvol. in Prax. Jud. §. 20. Concl. 9. n. 3. Ayer in Processf. Hist. Part. 1. Cap. 7. Observ. 2. n. 21. & seqq. Alex. Consil. 149. n. 9. Vol. 5. Brunn. ad L. 3. ff. de testib. n. 3. Richter. ad d. Cap. 8. X.*
46 *de testib. n. 36. & seqq.* Tum quia paupertas non est de genere malorum, Armut ist keine Schande, noch Unehre. *C. illa caus. 15. quæst. 1. Specul. tit. de teste,*
47 *§. 1. n. 61. Gail. Lib. 2. Observ. 95. n. 2.* **König** *in Practica c. 75. n. 11.* Tum quia testis idoneitas non in divitiis, sed in fide principaliter versatur, *arg. §. fin.*
48 *Inst. de Susp. tutor.* Et facultates & dignitates tantum non valent, quantum boni mores & fidelitas. *L. 21. §. cum reliquis ff. de tut. & curat. Hip. de Marsil. in*
49 *L. ex libero 15. n. 9 ff. de quæst.* Tum denique quia fidelis & honestæ vitæ, & qui de ingenuis parentibus est natus, pro paupere non habetur. *L. humilem & ad hanc Bald. in fin. Cod. de incestuos. nupt. Gail. 2. Observ. 95. n. 19. Alex. Cons. 209.*
50 *n. 3. Vol. 6.* Proinde paupertas sola & per se neminem suspectum facit. *§. fin. Instit. de Suspect. tut. L. 5. & 6. Cod. eod. L. 8. ff. eod. Alex. Consil. 65 n. 11. Vol. 1.* Nun aber kan dem dritten Zeugen in seinem unstraffbaren und tugendsamen Wandel und ehrlichen Leben nichts ausgestellet werden; dahero auch dieses, was wider ihn und seine Armut eingestreuet worden, zu Boden fället. Gleichwie

wie nun aus diesem allen zu sehen gewesen, daß der Qualitæt derer producirten Zeugen nichts mit Bestande Rechtens hat entgegen gesetzet werden mögen, und das, was vom Product de facto geschehen, von gar schlechter Folge, und noch geringerer Erheblichkeit ist: Einen gleichen und noch viel schlechteren Bestand hat dasjenige Einstreuen, wodurch derselben Aussage infringiret werden will. Zumalen ja die Zeugen alle ad positionem 10. & 11. einhelliglich bekräfftigen, daß Product die quæstionirte Post der schuldigen 200. fl. vom Producente empfangen, und obschon zwey Zeugen melden, daß sie bey der Zahlung nicht zugegen gewesen, so affirmiren sie doch dieses, daß sie gleich nach der Zahlung sind darzukommen, und gesehen, wie Product vom Producenten das Geld weggetragen; welches noch mehr seine Briefe, die er an Producenten dieserwegen abgehen lassen, er auch solche für die seinige recognosciret, bestärcken. Wann dann nun aus diesem allen Sonnen-klar hervorleuchtet, daß den producirten Zeugen quoad personalia nichts ausgestellet werden mag, zugleich auch derselben Aussage denen Rechten und Facto gantz conform, und in derselben nicht die geringste Contradiction zu befinden: Derowegen auch Zeug-Führer so viel dargethan und erwiesen, als ihm per sententiam auferleget, und er sich zu vollführen unterfangen: Als wiederholet er sein mehrmaliges gehorsamstes Bitten, E. H. E. Magistrat geruhe Productum per sententiam definitivam zur Zahlung der gerügten Schuld-Post der 200. fl. zu compelliren, und ihm die Redressirung aller so temere causirten Schäden und Unkosten obrigkeitlich aufzulegen; gestalten dann Producent dem übrigen allen, was nicht von Wort zu Wort in der vermeynten Inductions-Exception beantwortet worden, generalem Jurium atque factorum inficiationem entgegen setzet, und mit Vorbehalt quorumvis competentium zu einem gedeylichen End-Urtheil schliesset, allstets beharrende ꝛc.

Benevole Lector, superius tibi communicavi aliquas formulas offerendi positiones, seu articulos probatoriales, pro diversitate casuum inservientes, ideoque & hic necessum foret, ut tibi formulam Duplicæ Processus Probatorii subjicerem: Sed ne proposito longior sim, præsertim cum in Silesia, uti supra dixi, in Processu Probatorio, non semper Replica, taceo Duplica, admittatur; tuæ facilitati ordinandam relinquo, & ad rhombum supra positæ Conclusionis transgredior.

Exceptio seu praxis pro supra posita Conclusione. 51

Product hat aus der Publication der Attestatorum und der Zeugen Aussage so viel ersehen, daß Zeugen zu solcher Deposition nicht sind besonders vereidet worden, sondern Hr. N. als Rathmann zu N. sich auf den bey Antretung des Amtes geleisteten Eid revociret, desgleichen ihm auch der andere Zeuge, Schöp-

pe zu N. gefolget, und ſich auf ſeinen Schöppen-Eid beruffen. Wann nun aber nach Erheiſchung der Rechte ſolche Revocation auf die vorhin denen Aemtern deponirte Eide nicht zulänglich, ſondern ein ieder Zeuge ſpecialiter mit dem Zeugen-Eid zu belegen ſeye: Als kan auch derſelben Depoſition nicht beſtehen, ſondern ſie iſt als null und nichtig zu verwerffen, auch Kläger, weil er den Terminum Probatorium verſtreichen laſſen, mit ſeinem Beweis zu præcludiren, und ſolcher für deſert zu erkennen ꝛc.

52

Replica.

Product räumet Producent keinesweges ein, daß er mit dem Beweis ſich verſäumet: Derowegen er auch mit nichten mit ſolchem zu præcludiren, vielweniger ſothaner Beweis für deſert zu erkennen ſeyn wird, maſſen ja mit Verabhörung der Zeugen legaliter verfahren worden. Und ob zwar ſelbe keinen beſondern Eid zu dieſer Auſſage abgeleget; ſo wird doch deswegen der Beweis für null und deſert nicht erkläret werden können: Sintemalen Zeugen ihre Auſſage auf den Eid, durch welchen ſie ihrer Obrigkeit verbunden, deponiret und gethan haben, und zu einem beſondern Zeugen-Eid nicht verbunden geweſen, weil
53 ihnen ſolcher nach denen Sächſiſchen Rechten nachgelaſſen wird: Beſage *Gloſſ.* **im Weichbild.** *Art. 100. ibi:* **Ihr ſolt wiſſen ꝛc.** *& lib. 3. Art. 88. in pr. ibi: Gloſſ. in verb.* **Was ein Mann ꝛc.** *Chilian.* **König** *in Proceſſu Cap. 75. n. 12. ibi:* **Und wie oder was ein Richter ꝛc.** Nun dann, weilen bey der Zeugen Auſſage nichts Vitieoſes zu befinden, womit die Formalität des Beweiſes nicht wäre obſerviret worden: Als kan ſich auch Producent mit dem Beweis nicht verſäumet haben, ſondern er bittet auf deſſen Beſtand feſt zu halten, und ſolchen für zulänglich zu erklären.

54

Duplica.

Product beruhet bey ſeiner in Rechten feſt-gegründeten Exception, und kan der Zeugen Auſſage, weil bey derſelben die Formalitäten nicht obſerviret worden, für zulänglich nicht paſſiren laſſen. Dann es iſt ein für allemal klaren und abgethanen Rechtens, daß ein ieder Zeuge, wer er auch immer ſeye, den Zeugen-Eid, wo ſonſten ſeine Depoſition beſtehen, und einige Kräffte haben ſolle, vor der Verhörung ablegen müſſe. Nun haben aber des Producentis Zeugen ſothanen Eid nicht abgeleget, ſo kan auch ihre Depoſition nicht beſte-
55 hen. Dasjenige aber, ſo von Producenten aus dem Sachſen-Rechte angeführet wird, thut dem paſſirten Fehler noch nicht das Vitium heben: Sintemalen ſolche aus dem Sächſiſchen Rechte angezogene Textus cum grano ſalis und einer groſſen Limitation zu verſtehen ſind, nemlich daß die Rathmanne und

Schöp-

Schöppen von denjenigen Sachen, so vor ihnen ventiliret und abgethan worden, ihr Gezeugniß können und müssen unter dem Eide und Pflicht, so sie bey Antretung ihres Amts abgeleget und versprochen, geben und einsenden: Daß 56
sie aber von dem Zeugen-Eide befreyet seyn sollen, und solchen, wann sie zu Zeugen aufgenommen und produciret werden, nicht ablegen dörffen, von diesem geschiehet in obgedachten Textibus nicht mit einem Wörtlein Meldung. Dahero folget unumstößlich, daß das Sachsen-Recht also verstanden werden müsse, daß es nicht im mindesten das Gemeine Recht verletze, nach Meynung aller Rechts-Lehrer *in L. cunctos populos Cod. de Summa Trinitate, Joachim. a Beust. ad Rubr. tit. de Jurejur. pag. 47. n. 220. & seqq. Coler. Part. 1. Decis. 196. Speckh. Cent. 1. quæst. 5. n. 7. Setzer. de Jurament. Lib. 3. Cap. 9. n. 27. vers. plane quibusdam. M. Pistor. in Process. Jur. P. 2. C. 11. n. 8. Finckelth. Sen. Obs. 95. n. 10.* Nun dann, wann quoad hunc passum das Gemeine Recht nicht lædiret werden kan, dieses aber den Zeugen-Eid pro substantia erheischet: Als kan auch die Deposition der producirten Zeugen, weil sie solchen Eid nicht abgeleget, für zulänglich nicht passiren, sondern sie ist für null und nichtig zu erklären; und weiln Producent an dem Beweis sich versäumet, so wird er auch mit solchem zu præcludiren seyn, wie er ihn dann darmit zu præcludiren bittet ꝛc.

Sententia. 57

P. P. Dieweil den Zeugen, so in einer strittigen Sachen Zeugniß geben, anderer Gestalt nicht Glauben zuzumessen, als wenn sie zuvor den gewöhnlichen Zeugen-Eid in Gegenwart der Partheyen gebührender Massen geleistet; solches aber bey der Verabhörung der producirten Zeugen nicht geschehen: Dahero auch Producent, weil er den Terminum Probatorium verstreichen lassen, an dem geführten Beweis sich versäumet. V. R. W.

Conclusio II.

Clerici, sacerdotes ac omnes ministri ecclesiæ, in testes producti, æque ac laici juramentum, ut eorum depositionibus fides habeatur, deponere coguntur.

SUMMARIA.

1. *Juramentum justa gravique de causa introductum est, ut per id omni controversiæ finis imponatur.*
2. *Regula infallibilis est, quod testi injurato non creditur, cujuscunque sit dignitatis.*
3. *Ab hac clerici excepti non reperiuntur.*
4. *Tota depositionis testium substantia in jurejurando consistit.*

5. Hinc

5. *Hinc & Honorius III. Pontifex Clericos in specie ad juratam testimonii depositionem adigendos esse præcipit.*
6. *Nullius testimonio, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium credi debet.*
7. *Quia nec Episcopo absque juramento creditur, imo nec Cardinali.*
8. *Clerici, in testes producti, in testimonio ferendo non considerantur qua tales, sed qua testes, cum ad testimonium non ut clerici, sed ut alii requirantur.*
9. *In sacerdotibus religiosa promissio perinde rata esse debet ac juramentum.*
10. *Quod fallit, quando lex ad solennitatem actus corporale juramentum requirit.*
11. *Juramentum non est per se malum, sed confirmatio veritatis.*
12. *Exceptio, si clericus absque juramento depositionem fecit.*
13. *Replica.*
14. *Juvare videtur dissentientes primo authentica sed Judex Cod. de Episc. & cleric. juncta L. nec honore 7.*
15. *Secundo L. cum clericis 25. §. 1. in fin. C. de Episc. & cleric.*
16. *Tertio Can. 38. caus. 2. quæst. 6.*
17. *Quarto denique, quod absurdum, ministro ecclesiæ in re parva fidem non habere.*
18. *Duplica.*
19. *Responsio ad auth. sed Judex.*
20. *Falluntur, qui authenticis semper fidem habent, & ad fontes earum non recurrunt.*
21. *In illa auth. Imperator tantum solennitatem tangendorum Evangeliorum remisit, non juramentum.*
22. *Quod Jure Canonico clare proditum est.*
23. *Declaratio L. 5. Cod. de Episcop. & cleric.*
24. *Dignitas personæ, quantumvis magna, non facit, quo minus juramento adstringenda sit.*
25. *Explicatio L. cum clericis.*
26. *Can. 38. caus. 2. quæst. 6. nihil ad præsentem casum facit.*
27. *Clericis in divinis fidem adhibere, bonum est, nequaquam tamen in politicis eis absque juramento fides habenda.*
28. *Sententia.*
sumitur quoque certa Principis scientia, quæ subreptionis vitium excludit, si secunda accedit jussio; geminatio enim actus enixam jubentis ostendit voluntatem, ha- 134
betque vim clausulæ *non obstante. Natta tom. 3. Consil 636. n. 123. & tom. 4. Consil. 669. n. 16.* (3) Inepte prorsus contra sententiam hæc exceptio opponitur, cum saltem locum habeat, ubi causa non cognita aliquid decernatur. *Mev. part. 4. dec. 396. n. 2.*

(P) Exceptio nullitatis cessat 136
(1) ratione actuarii non jurati, si adhuc juramento omnia a se gesta confirmet; (2) ratione executionis, si debitor vel in ipso obligationis instrumento terminis expresse renunciavit, vel etiam judicialiter in terminorum coarctationem & conjunctionem consentit; *vid. Suendend. ad Fibig. pag. 946.* (3) ratione subhastationis, si vel in eam consensit creditor, vel in eam consensit debitor, vel concursus creditorum existit; *idem pag. 989.* (4) ratione sententiæ contra sententiam latæ, si prior sententia est injusta & ipsa nullitatis vitio laborat. *Mev. part. 6. dec. 256.*

(Q) Exceptio plus petitionis 138
etiam tum vires suas amittit, si

werden.

werden, und das zwar ex culpa reorum, weil Beklagte solchen Ort mehr dann das Feuer fliehen, aus welchen dann zu schliessen, daß, wann Kläger nur dahin gebunden wäre, er niemals zu seiner liquiden Schuld gelangen würde; dessentwegen auch diese Exception nicht bestehen mag.
139 Nicht weniger ist auch die Exceptio pacti conventi temporalis von schlechtem Schroot und Korn. Dann solche ist unerweislich, folglich gründet sie sich auf einem kahlen und nichtigen Einwenden, fället mit-
140 hin von selbsten weg. Die Exceptio moratoria aber wird Beklagte ebenfals nichts releviren, weil (1) Kläger selbsten in Noth-Stand verfallen, hingegen (2) Beklagte der unordentlichen und sehr exorbitanten Haushaltung ihre Unglücks-Fälle zuschreiben mögen. Und wie kan ihnen (3) solche Exceptio (R) zu statten kommen, weil sie sich solcher expresse und zwar jurato begeben, nächst dem erst nach erlangtem Moratorio das Debitum contrahiret; wegen welchen trifftigen und prægnanten Gründen dann solche Exceptio nicht attendiret wer-
141 den mag. Des Beneficii cessionis bonorum können sich Beklagte auch nicht bedienen, weil sie solchem expresse renunciret: Und gesetzt, daß selbes einem von Beklagten zu gute kommen möchte; so wird es denselben wenig helffen, alldieweilen beyde sich in solidum verobligiret.

promissor ad eum locum, in quo daturum se promisit, non accedat vel data opera, vel quia in aliis locis necessario distinguitur. *L. 1. ff. de eo quod certo loco.* In loco tamen domicilii (non etiam contractus, *Lauterbach. in tract. synopt. ff. lib. 13. tit. 4. §. 1. n. 2.*) aget stipulator Zipceln *in disp. de Tess. Colleg. sect. 6. §. 21.*

(R) Exceptio moratoria desinit, (1) si opponatur contra famulum, pauperem, talemve, qui quotidiano sudore & opere se suosque sustinet; (2) si contra ecclesiam creditricem, aut aliam piam causam, *Menoch arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 203. n. 20.* nec non quoad dotis solutionem, *Dav. Mev. part. 8. decis. 83. n. 2.* item quoad debita pupillaria, *Carpzov. in Asylo Deb. L. c. n. 49. & 50.* ut & alimentorum; *Nic. de Passeribus de Script. Priv. l. 3. quæst. 5. n. 64.* (3) si debitum sit juratum, vel expresse renunciatum, aut etiam post impetrationem rescripti contractum, *Besold. in Tesaur. pract. verb. Quinquennel.* modo Princeps in scripto non expresserit, quod non obstante renunciatione vel juramento literarum moratoriarum tenor observari debeat. *Besold. loco cit. Lauterbach. de Rescript. morator. cap. 5. th. 33. & 34.* Denique (4) cessat hæc exceptio, si debitum sit ex causa delicti fiscale, feudale, emphyteuticum; si petatur pensio pretiumve rerum

Dahe-

Dahero Kläger mit bestem Fug sich an den einen, der solvendo ist, quoad totam summam halten könte; folglich solche Exception als unzulänglich, gäntzlich zu verwerffen. (S)
144 Endlichen und letztens, was die Exceptionem nondum relaxati arresti anlanget, so reimet sich selbe hieher gar nicht, weil der Arrest zu N. auf die Waaren des einen Beklagten nicht wegen dieser Schuld, sondern wegen gantz einer andern geleget worden; folglich auch diese Exceptio als unerheblich völlig enerviret. Nach also gründlich widerlegten und abgelehnten dilatorischen Exceptionen zu der Litis Contestation zu schreiten, so befremdet Klägern nicht wenig derer Beklagten verwegene negativa litis contestatio, da sich selbe nicht entblödet, alles rotunde zu negiren, nicht erwägende, daß Klägers Intention in einem gerichtlichen Recess und Abschied fundiret, gegen welchen gerichtlichen Recess zwar Beklagte per modum peremtoriarum einwenden, daß niemand in eigner Sache Richter und Zeuge seyn könne: Welches Kläger ohne vieles Disputiren und weitläufftiges Widerlegen quam libentissime einräumet; negiret aber dabey quam solennissime, daß in hoc passu selber einen Zeugen und Richter abgegeben, indem er in sphæra sui officii verblieben, und nur allein von dem, was vor ihm passiret, durch Verabscheidung sein Officium exerciret hat.

locatarum ac venditarum; si repetatur depositum, commodatum, precarium, pignus; si vindicentur merces de recenti a debitore dolose emtæ; si agatur de pretio rerum comestibilium, in pleno, quod ajunt, foro venditarum. *Menoch. d. cas. 103. n. 16. Nicol. de Passer. d. quæst. 5. per tot. Meier. in Coll. Jur. Arg ad tit. ff. de Except. n. 100. Lauterbach. d. cap 6. per. tot.*

(S) Non obtinet hæc exceptio cessionis bonorum: (1) Si debitor postea, unde possit fieri solutio, acquisierit, hinc ab initio statim debitori cautio juratoria de solvendo residuo, si melior fortuna arriserit, per sententiam injungi solet. (2) Cessat, si debitum contractum post factam cessionem; *L. 3. Cod. de bon. aut judic. possid. Meier. in Coll. Jur. Argent. h. t. n. 13. Suendend. ad Fibig. pag. 382.* quod & procedit, si debitor post cessionem bonorum animo novandi, uni creditorum vel ejus cessionario promisit solutionem debiti antiqui. Non attenditur (3) si creditor probare velit, dolo debitoris creditores ad cessionis bonorum acceptationem inductos fuisse, occultando videlicet debitori bona sua, *Mev. cons. 21. n. 42.* vel etiam alienando in præjudicium. *Brunn. ad L. ff. h. t. n. 4.* Merito enim propter dolum suum in solidum tenebitur, cum & ab initio, si de eo constitisset, beneficium cessionis denegari debuerit. *Meier. in Coll. Jur. Arg. d. l. th. 13.* 143

Und

Und obgleich ferner eingewendet wird, daß pro processu judicis weiter nicht præsumiret wird, als in wie weit alles passirte durch legitima documenta und unverwerffliche Zeugnisse erwiesen werden kan: So gestehet zwar selbsten Kläger, daß des Richters Attestationi nicht völliger Glauben beyzumessen seye; nichts destoweniger kan man solchem Zeugniß nicht allen Glauben abstricken, sondern man muß demselben in soweit beyfallen, bis vom Gegentheil ein Widriges dargethan wird. Jenes aber ist auch von sehr schlechten Folge, da gemeldet wird, quod judex præsumatur pro ea parte testificari, pro qua judicavit, indem dieses durch eine stärckere Præsumtion, nemlich weil er zun Gerichten geschworen, und ferner bekandt ist, quod quilibet judex præsumatur esse bonus, elidiret wird; bevoraus, da er hier nicht de jure, sondern de facto, welches in Gerichten vorgegangen, testiret, wodurch dann alles das übrige zu Boden fället. Wann dann nun nach also gründlich widerlegten Einwürffen unwidersprechlich folget, daß pro attestatione judicis zu præsumiren, bis das Contrarium vom Gegentheil erwiesen wird: Als werden auch Beklagte zu Abtragung der libellirten Schuld, wie auch zu Redressirung aller Schäden und Unkosten anzuhalten seyn; wie er denn mit Reservirung aller Competentien Beklagte hierzu anzustrengen bittet ꝛc.

Sentencia. 145

Weil aus dem gerichtlichen Recess so viel erhellet, daß Petrus Paulo Jacobum und Joannem in loco judicii delegiret; selbe auch die Delegationem acceptiret, und Klägern die Zahlung zu thun versprochen: So seynd Beklagte solchem Versprechen nachzukommen, und die geforderte 2000. fl. benebst denen von Zeit des Verzugs an aufgelauffenen Interessen, Klägern zu zahlen schuldig. V. R. W.

Simili modo pronunciatum in prætorio Lipsiensi in causa Tisemani Eschebruchs, actoris ab una, Davidis & Salomonis der Wurffpfenige, reorum ab altera parte, mens. Januar. 1618. prout patet ex sequenti decreto: Dieweil Salomon Wurffpfenig für sich und in Vollmacht seines mitbeklagten Bruders Davids die Delegation und Anweisung von N. N. acceptiret, und Klägern die Zahlung zu thun versprochen: So seynd Beklagte solchem Versprechen nachzukommen, und die geforderte Post Geldes, benebenst denen von Zeit des Verzugs an aufgelauffenen Interessen, Klägern zu zahlen schuldig ꝛc. 146

CONCLUSIO XLV.

Assertioni judicis, in decreto vel sententia factæ, etiamsi a tali decreto vel sententia appellatio interposita, tamdiu credendum, donec contrarium probatum fuerit.

SUMMARIA.

1. *Si pupillus in causa inofficiosi testamenti obtineat sententiam, sed scriptus hæres appellavit interim, pupillo alimenta decernenda esse.*
2. *Sententia etiam post appellationem interpositam manet sententia judicis.*
3. *Judicis sententia etiam post interpositam jure appellationem aliquam habet autoritatem.*
4. *Judici in judicando magis est cordi custodia veritatis, quam obedientia voluntatis.*
5. *Per appellationem interpositam judicis probitas non minuitur.*
6. *Adeoque judici attestanti de iis, coram se & judicio agitatis, tamdiu donec contrarium probetur, omnino credendum est.*
7. *Petitio apostolorum.*
8. *Libellus appellationis & deductio gravaminum.*
9. *Appellans debet instantissime super interposita appellatione sollicitare recognitionem atque apostolos.*
10. *Nec non juramentum calumniæ præstare.*
11. *Atque in casum succumbentiæ pro decima litis cautionem offerre.*
12. *Terminus introducendæ appellationis in Silesia est terminus Saxonicus, & incipit currere a die præstiti juramenti calumniæ &c.*
13. *Pro sententia judicis, a qua est appellatum, non præsumitur.*
14. *Judici enim quacunque etiam dignitate præfulgenti in causis coram se vertentibus testanti fides non habetur.*
15. *Nec creditur ejus assertioni pro justificando decreto a se dato.*
16. *Quia præsumtio est, quod velit factum suum comprobare & defendere.*
17. *Appellationis exceptio.*
18. *Pendente appellatione non de processu judicis, recte tamen pro sententia & attestatione per sententiam facta præsumitur.*
19. *Neque testimonium judicis suspectum pro ea parte, pro qua judicavit.*
20. *Testimonium licet suspectum, præsumtio tamen dicto & scripto ejus non est deneganda.*
21. *Non omnis judici fides deneganda, maxime in iis, quæ aliis non possunt esse nota.*
22. *Judicis assertioni credendum esse restringitur ad casum, quo tanquam testis producitur, ut viva voce deponat.*
23. *Sententia vel decretum per appellationem suspensum caret effectu judicati.*
24. *Per appellationem præsumtio non tollitur, licet effectus judicati suspendatur.*
25. *Judicatum importat executionem sententiæ, præsumtio liberat tantum ab onere probandi.*
26. *Sententia ex appellationis instantia.*
27. *Non tantum in Silesia, verum etiam de jure Saxonico, post exceptiones dilatorias in omnem eventum lis contestanda est.*
28. *Idem in Romano Imperio observatur.*

29. Re-

29. *Recensentur adhuc nonnullæ exceptiones dilatoriæ.*
30. (1) *Exceptio personalis comparitionis.*
31. *In criminalibus & matrimonialibus causis ipse principalis in persona comparere tenetur.*
32. *Mulieres & minores in judicio pariter se in persona præsentare debent.*
33. *Jurata diffessio, uti & juramentum delatum, per ipsum principalem præstandum, quod universaliter ad omne extenditur juramentum.*
34. *Recensentur casus, in quibus ipse principalis comparere tenetur.*
35. (2) *Exceptio restitutionis in integrum.*
36. *Enumerantur casus, in quibus locum habet.*
37. *Exceptione restitutionis in integrum gaudent non tantum minorennes, ecclesiæ, loca pia, respublicæ, civitates & similes universitates:*
38. *Verum etiam majores ex clausula generali:* Si qua mihi justa causa.
39. *Recensitur, quæ sint justæ causæ, ex quibus majores in integrum restitui possunt.*
40. *Pauperi non currunt fatalia, eo quod propter defectum sumptuum agere non valeat.*
41. (3) *Exceptio citationis deficientis.*
42. *Citatio est principium & fundamentum cujuslibet processus civilis,*
43. *Excepto solo summarissimo possessorio.*
44. *Casus, quando hæc exceptio deficientis citationis obtineat.*
45. *Quando cessat.*
46. (4) *Exceptio juris deliberandi.*
47. *Hæredi concessa est facultas, intra annum consultandi, num hæreditatem sibi delatam adire, an vero eandem repudiare velit.*
48. *Hinc annus de jure Saxonico quoque est civilis, nempe 52. hebdomadarum.*
49. *Quamvis alias annus Saxonicus constet 58. septimanis & 3. diebus.*
50. *Casus, in quibus non obtinet exceptio juris deliberandi.*
51. *Emissa citatio, ad defunctum ante obitum emanata, non sufficit, ut lis dicatur cœpta, cum potius litis initium sit a litis contestatione.*
52. *Arbitrium deliberandi transit ad posteritatem hæredis.*
53. *Lipsiæ falliti hæredes intra bimestre spatium se declarare tenentur, an beneficio inventarii adire hæreditatem defuncti velint, an non?*
54. (5) *Exceptio libelli mutui.*
55. *Quando huic exceptioni locus.*
56. *Actori permissum, ante guarandam præstitam vel litem pure contestatam libellum emendare, modo expensas resarciat.*
57. *Post guarandam præstitam & litem sub conditione contestatam libellum corrigere penitus est inhibitum.*
58. *Recensentur casus, in quibus hæc exceptio cessat.*
59. (6) *Exceptio illegitimi arresti.*
60. *Casus, quando opponi potest.*
61. *Judex competens ratione mobilium non tantum habetur is, sub quo debitor suum domicilium habet, sed etiam ejus loci, ubi res reperiuntur.*
62. *Arrestantes, in loco impetrati arresti credita sua probantes, eadem denuo in loco concursus universalis sub pœna preclusi liquida facere, ac ratione prioritatis jura sua deducere debent.*
63. *Literæ mercatorum æquipollent mandato solenni quoad primam renovationem.*
64. *Pro impetrando arresto jus petentis debet esse certum.*
65. *Ad petendum arrestum aliqualis saltem debiti demonstratio sufficit.*

66. Ut libri mercatorum semiplene probent, proferens debet esse bonæ famæ & persona fide digna.
67. Exceptio illegitimi arresti non liberat a responsione ac litis contestatione; nam ad eam omnino tenetur reus, etiamsi arrestum injuste fuerit decretum.
68. (7) Exceptio leuterationis vel appellationis non admissibilis.
69. Quando objici potest.
70. In Silesia advocatus eventualiter appellare non audet, sed habita prius a principali licentia formaliter appellare cogitur.
71. Si jurato renunciatum appellationi, adhuc hæc renunciatio per restitutionem in integrum rescindi potest.
72. In Silesia nobilis a summa minori centum imperialium, civis vero a minori 50. flor. appellare non audet.
73. Neque a sententiis, contra contumaces latis, appellare licet.
74. Neque a pœnis minoribus centum florenis Hungaricis respectu nobilium, respectu civium triginta florenis.
75. Recursus tamen in his casibus conceditur.
76. Neque a sententiis dilatoriis, nisi vim definitivæ habeant.
77. Neque a sententiis, contra delinquentes convictos vel confessos latis.
78. Gaudent tamen beneficio aggratiationis.
79. Neque a sententiis in possessorio summarissimo latis.
80. Neque a sententiis, in quibus injuncta recognitio, vel jurata instrumentorum diffessio.
81. Neque ab executione.
82. Solennes appellationes tantummodo a sententiis definitivis & dilatoriis, earum vim habentibus, vel aliquod irreparabile damnum inferentibus.
83. Si judex subolet, remedia suspensiva litis protrahendæ gratia interponi, non tenetur eis deferre, nisi deposito ab appellante juramento malitiæ.
84. In Silesia omnis appellans juramentum calumniæ una cum patrono causæ ante obtentos apostolos, & decimam litis in casum succumbentiæ præstare tenetur.
85. (8) Exceptio leuterationis desertæ.
86. Casus, in quibus objici valeat.
87. (9) Exceptio appellationis desertæ.
88. Quando locum habet.
89. In Silesia apostoli intra 14. dies post interpositam appellationem sollicitandi atque levandi, nec non eodem spatio expensis appellantis acta inrotulanda.
90. In Silesia gravamina intra spatium 6. septimanarum & trium dierum judici a quo porrigenda, qui eadem judici ad quem intra 10. dies transmittere cogitur.
91. (10) Exceptio excussionis sive ordinis.
92. Quibus competat.
93. In quibus casibus non obtinet.
94. Statim conveniri potest fidejussus, qui pro muliere, pupillo, prodigo, minorenne, sine curatorum aut tutorum autoritate & consensu contrahentibus, intercessit.
95. Exceptio excussionis etiam in executione opponi potest.
96. (11) Exceptio cedendarum actionum.
97. Quando cum effectu opponatur.
98. Quando cessat.
99. Multis mo is evenire potest, ut creditor actionem cedere nequeat, quod provenit vel ex facto proprio, vel debitoris, vel natura obligationis.

100. (12)

100. *(12) Exceptio erroris calculi.*
101. *Quibus competat.*
102. *Quando vires amittit & cessat.*
103. *(13) Exceptio nondum probati dominii.*
104. *In actione negatoria litis contestatio affirmative fieri debet.*
105. *(14) Exceptio non demonstrati interesse.*
106. *Cui opponatur.*
107. *Quilibet, jus quoddam in causa inter alios litigiosa prætendens, invitis etiam litigantibus intervenire potest, modo interesse suum summariter doceat,*
108. *Id est, aut per instrumentum, aut per testem etiam unicum, aut per præsumtiones apparentes, aut si præsumtiones sint debiles, per juramentum.*
109. *Non solum vero durante lite, ante & post litem contestatam, sed & ea finita ad impediendam executionem intervenire licet.*
110. *Pro remoranda autem executione jus intervenientis debet esse liquidum.*
111. *Necessum quoque tum est, justam interveniendi causam allegare.*
112. *(15) Exceptio spolii.*
113. *Quibus competat.*
114. *Spoliatus ante omnia restituendus.*
115. *In exceptione spolii caute formanda conclusio, ne petat restitutionem, sed saltem, ne teneatur ad propositam actionem respondere prius, quam integre restitutus fuerit.*
116. *Probatur autem exceptio spolii in processu executivo solis instrumentis.*
117. *In ordinario etiam per testes, modo non denominentur in loco remotiori existentes.*
118. *Super exceptione spolii reus non potest deferre juramentum.*
119. *Quia super exceptionibus ante litem contestatam est inhibita juramenti delatio.*
120. *Ubi lex vel statutum probationem exigit, ibi jusjurandum deferri nequit.*
121. *Exceptio spolii etiam post litem contestatam opponi potest.*
122. *Et hoc in passu reus super eadem juramentum deferre valet:*
123. *Quia tantum super exceptione, ante litis contestationem opposita, est inhibita juramenti delatio, non etiam super exceptione, post litem contestatam proposita.*
124. *Per judicialem spolii depositionem actor sententiæ nequaquam paruisse dicitur.*
125. *Enumerantur casus, in quibus exceptio spolii cessat.*
126. *Restitutionem desiderans ante omnia possessionem docere tenetur.*
127. *(16) Exceptio falsi.*
128. *Quando locum habet.*
129. *Judicia, ex quibus præsumitur falsitas.*
130. *Casus recensentur, quando exceptio falsi cesset.*
131. *Debitor, qui chartam blancam, a se subscriptam & sigillatam, creditori dedit, is contra creditorem hanc exceptionem movere non audet.*
132. *Specificantur casus, quando eadem opponi potest.*
133. *Exceptiones præjudiciales.*
134. *Quando opponuntur.*
135. *Quando cessent.*
136. *Omnes exceptiones dilatorias reus etiam post litem contestatam opponere valet, si tum primo earum notitiam adeptus sit.*

STabilitur Conclusio *per Cap. bonæ 23. X. de el. in verb. & non obstante, quod post appellationem & vers. cum ipsi appellationem, & per Cap. nostra 4. X. de proc. verb. propter quod ad appellationis beneficium convolavit, atque per L. si instit. 27. §.*
1 *de inofficios. testam. verb. si pupillus in causa inofficiosi testamenti obtineat sententiam, sed scriptus hæres appellavit, quod interim pupillo alimenta sint danda; nec non per Decis. Elect. Sax. 3. Casuum Juris Dubiorum* §. **Auf dem andern Fall aber ꝛc.** *hisce verbis:* **Weilen gleichwol einem ieden, der auf Pflicht sitzt, die** *Præsumtion*, **daß er in Krafft derselben aufrichtig und treulich handelt, auch der Wahrheit gemäß** *attestiret*, **zu statten kommet, ist des Richters** *Assertion* **oder** *Decreto* **in denen Sachen, so vor ihme und seinem Gerichte vorgelauffen oder verglichen worden, so lange billig Glauben und Beyfall zu geben, bis vom Gegentheil ein anders gnugsam erwiesen werden wird.** & roboratur rationibus solidissimis atque inexpu-
2 gnabilibus: Quia negari non potest, sententiam, etiam post appellationem interpositam, esse sententiam judicis, de quo confidit lex. *L. 2. Cod. de inoffic. civil. judic. ibique Barbosa cum allegatis atque Brunnem. Christian. Decis. 83. n.*
3 *2. vol. 2.* Proinde judicis sententia, etiam post appellationem interpositam, aliquam habet autoritatem, ut pro ea præsumatur. *Jacob. Menoch. lib. 2. præsumt. 67. n. 26. & 45. Mascard. de Probat. vol. 1. Concl. 16. n. 14. Berlich. part. 2. de-*
4 *cis. 212. Carpzov. Decis. 48. n. 18. & seqq.* Quia judici in judicando magis est cordi custodia veritatis, quam obedientia voluntatis, cum vinculo jurisju-
5 randi ad suum officium sit adstrictus; cujus vinculi obligatio, multo minus ejusdem probitas, per appellationem interpositam tollitur aut minui-
6 tur. Adeoque judici attestanti de iis, quæ inter partes coram eo & judicio agitata aut transacta sunt, etiamsi appellatum fuerit, tamdiu, donec contrarium probetur, omnino credendum est. *Felin. in Cap. cum a nobis 18. X. de testib. & attestat. n. 12. Dn. Philippi ad Decis. Elect. Sax. 3. observ. 1. n. 13. & 26.*

7 ## Praxis ex sequentibus patebit.

Petitio Apostolorum.

Nachdem den 22. Januarii a. c. zwischen uns, Beklagten an einem, und Klägern andern Theils, in puncto einer von uns vermeyntlich acceptirten Delegation nachstehender Bescheid publiciret worden:

Weil aus dem gerichtlichen Recess so viel erhellet, daß Petrus Paulo Jacobum und Joannem in loco judicii delegiret; selbe auch die Delegationem acceptiret, und Klägern die Zahlung zu thun versprochen: So seynd Beklagte, solchem Versprechen nachzukommen und die geforderte 2000 fl. beue-

benebenst denen von Zeit des Verzugs an versessenen Interessen, Klägern zu zahlen schuldig 2c.

Wann dann durch dieses uns gar zu sehr graviret zu seyn erachten: Als haben currente adhuc decendio, iedoch illæso semper honore & respectu dominorum concipientium, eine Appellation an Ihro Kayserl und Königl Cathol. Majest. interponiren wollen, uns zu denen tenore novæ Sanctionis pragmaticæ erforderten Præstandis offerirend, anbey zugleich instantissime bittend, Ein Hoch-Edler Gestr. Rath geruhe, uns nicht allein die Apostolos reverentiales, sondern auch super interposita appellatione die benöthigte Recognition hochgeneigt ertheilen zu lassen; die wir uns übrigens alle ferner zustatten kommende Rechts-Gedeylichkeiten per expressum vorbehalten und bedungen haben wollen, allstets beharrende Eines Hoch-Edlen Gestr. Magistrats.

Appellations-Libell und Deductio Gravaminum. 8

Euer Kayser- und Königl. Cathol. Majest. werden wir gemüßiget allerunterthänigst fußfällig vorzutragen, welcher Gestalten Paulus in puncto einer von mir und meinem Consorten vermeyntlich acceptirten Delegation wider uns Klage erhoben, darwider wir auch excipiendo einkommen, und also beyde Theile ferner re- und duplicando schrifftlich verfahren, endlich aber den 22. Januarii a. c. folgender Bescheid ergangen:

> Weil aus dem gerichtlichen Recess so viel erhellet, daß Petrus Paulo Jacobum und Joannem in loco judicii delegiret 2c. So sind Beklagte die geforderte 2000. fl. benebenst denen von Zeit des Verzugs an gewachsenen Interessen Klägern zu zahlen schuldig 2c.

Massen dieses alles die Beylage sub lit. A. des mehren besaget. Demnach A. nun durch diesen Bescheid uns graviret zu seyn vermeynen: Als haben currente adhuc decendio, nemlich den 31. Januarii, vermöge darüber erhaltener Recognition sub lit. B. eine Appellation an Ihro Kayserl. und Königl. Cathol. B. Majest. iedoch salvo semper honore Eines Löbl. Magistrats, interponiret, mithin uns auch zu denen tenore novæ Sanctionis pragmaticæ erfordernden 9 Præstandis offeriret, und zugleich um Recognition und Apostolos instantissime gebeten, sondern auch, da der 10. Febr. zu Præstirung des Juramenti ca- 10 lumniæ anberaumet, und wir darzu vermöge lit. C. citiret worden, so haben C. eodem die præsente parte adversa laut D. das Juramentum würcklich abge- D. leget, und endlich den 11. die Caution in casum succumbentiæ pro decima litis 11 vermöge E. würcklich bestellet: Wie ingleichen der Terminus introducendæ E. appellationis von 6. Wochen und 3. Tagen, welche a die præstiti juramenti 12 calu-

calumniæ, nemlich den 12. seinen Anfang genommen, auf das genaueste von uns observiret, und die Gravamina annoch vor Ablauff der Frist, nemlich den 31. Martii, würcklich eingereichet worden. Daß also quoad formalia die interponirte Appellation allenthalben ihre gute Richtigkeit haben wird. Was demnach ferner die Materialia appellationis anbelanget, so bestehen unsre Gravamina darinnen, daß wir zur Zahlung der aus einer Delegation herrühren sollenden 2000. fl. sind condemniret worden, da doch Kläger nicht mit dem mindesten die Delegation erwiesen. Und ob selber zwar auf einen gerichtlichen Bescheld sich beruffen, auch in demselben seine gäntzliche Prætension fundiret: So haben wir uns doch keinesweges persuadiren können, daß solche unerwiesene Delegation bey dem Richter primæ instantiæ einigen Ingress finden solte; aber leider! nicht ohne unsre gröste Bestürtzung haben wir warnehmen müssen, daß, obwol Kläger die gerühmte Delegation nicht mit dem mindesten erwiesen, dannoch für ihn der Sentenz favorable, für uns aber gantz fatal, ausgefallen, gestalt der Richter dem Kläger die Erweisung seiner Intention, wie ihm doch vor allen Dingen zu thun obgelegen, nicht zuerkannt, sondern schlechter Dinges den von denen Gerichten zu N. über die gerühmte Delegation ergangenen Bescheid für einen zulänglichen und gnugsamen Beweis gehalten; da doch (1) bekandten und schon abgethanen Rechtens, quod pro processu judicis non præsumatur, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis, nec pro sententia, a qua est appellatum. *Cap. quoniam contra 12. sub fin. X. de probat. Abb. Panormit. in hoc Cap. n. 12. Felin. ad hoc Cap. n. 21. Lanfranc. de Orian. ad idem Cap. n. 24. Alciat. de præsumt. Reg. 3. præsumt. 9. n. 6. Surd. Consil. 61. n. 44. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de sentent. & de his, quæ etiam sequuntur §. ut autem 6. n. 11.* Wann dann aber die vom Kläger gerühmte Delegation mit keinem Document bescheiniget worden, vielweniger mit einem erwiesen werden kan, sondern nur auf den leeren richterlichen Bescheid beruhet; dieser Bescheid aber sich auf gar nichts gründet, folglich die Præsumtion pro processu judicis durch keine legitima documenta verificiret werden mag: Als kan auch das wider uns ergangene Urthel ex hoc capite nicht bestehen, bevoraus, da auch (2) des Richters zu N. sein Bescheid nicht wenig in Zweifel zu ziehen, und zwar aus nachstehenden trifftigen Ursachen und Gründen, weilen zu præsumiren, daß der Richter für jenen Theil zeuget, für welchen Theil er das Urthel abgefasset. Judex enim præsumitur pro ea parte dicere, pro qua judicavit. *Prosper Farinac. de testib. quæst. 60. cap. 89. & seqq. Nell. de S. Gemin. in tract. de testib. part. 1. n. 31.* Jam autem præsumtio loco probationis, ejusque effectum habet. *C. illud cum seqq. X. de præsumt. L. quicunque Cod. de apochis lib. 10. Alciat. de præsumt. part. 3. n. 2. & 3.* Dahero auch

(3) des

(The marginal number 13 stands beside the line beginning "halten; da doch (1)".)

(3) des Richters Zeugniß in denjenigen Fällen und Processen, die vor ihm sind
ventiliret und abgethan worden, er mag auch noch von einer so grossen Digni-
tät seyn, gar kein Glauben beyzumessen ist. Judici enim, quacunque digni- 14
tate præfulgenti, in causis coram se vertentibus testanti, fides non habe-
tur. *Cap. cum a nobis 28. X. de testib. & attest. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 48.*
n. 20. Nec creditur ejus assertioni pro justificando decreto a se dato. *Anton.* 15
Faber in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 7. Aym. Cravett. Consil. 197. n. 10. & Cons. 265. n. 3. ibi ait:
Sententiam judicis non probare factum, puta consensum partium. Bart. in L. acta ff. de
re judicat. Am meisten aber (4) darum, weil ein ieder Richter begierig ist, sei-
nen verabfasseten Bescheid auf das möglichste zu verfechten und handzuhaben.
Siquidem judex est cupidus sententiæ suæ tuendæ, & ob id suspectus.
Gilman. tom. 4. Symphor. supplic. part. 1. vol. 1. n. 33. Gloss. in L. in arbitris Cod.
de arbitr. Et præsumtio est, quod velit factum suum comprobare & defen- 16
dere. *Felin. in Cap. cum a nobis 28. X. de testib. & attest. n. 5. vers. quia præsum-*
tio est. Wann nun aus allen diesen angeführten Ursachen und unumstößli-
chen Argumenten Sonnen-klar hervorleuchtet, daß wir durch das vom Judi-
ce primæ instantiæ abgefassete Urthel über die Massen sehr sind graviret wor-
den: Als bewendet an Ihro Kayserl. und Königl. Cathol. Majest. unser aller-
unterthänigst gehorsamstes Gesuch, Flehen und Bitten, Selbte geruhen aller-
gnädigst und gerechtest zu erkennen, daß die interponirte und introducirte Ap-
pellation nicht nur in Formalibus beständig, und derselben zu deferiren seye,
sondern auch in Materialibus, den die 22. Januarii ergangenen Bescheid da-
hin zu reformiren, daß Appellat vor allen Dingen, wie recht, erweisen solle,
daß von Petro die 2000. fl. Appellanten zu bezahlen delegiret, und Appellan-
ten solche Delegation acceptiret, auch die Zahlung derselben zu thun zugesaget,
im Fall unerfolgter Beweisung uns von solchen des Klägers ungegründeten An-
forderungen allermildest zu entbinden. Wie wir nun uns allergnädigst und
gerechtester Deferirung getrösten, also zu Euer Kayserl. und Königl. Cathol.
Majest. Gnaden und Hulden uns allerunterthänigst empfehlen &c.

Appellations-Exception. 17

Euer Kayserl. und Königl. Cathol. Majest. den Ungrund derer von denen
Appellanten unterm 31. Mart. übergebenen Appellations-Gravaminum ent-
gegen dem den 22. Jan. publicirten Sentenz mit wenigen binnen dem a die re-
cepti in Sanctione pragmatica ausgesetzten minder Sächsischen Termino ex-
cipiendo allerunterthänigst vorzustellen, so haben Appellanten gar keine Ur-
sach, sich über den von E. löblichen Magistrat zu N. unterm 22. Jan. ergangenen
Sentenz zu beschweren, als welcher, wie die von mir darwider allerunterthä-

nigst eingereichte Appellations-Gravaminum - Exceptio klar zeuget, denen
Rechten gemäß abgefasset worden; dahero dann auch die darwider gegenseits
ergriffene Appellation höchst frivola, und Pars adversa dardurch nicht in dem
mindesten graviret worden. Denn ob ich zwar die Formalia der gegentheiligen
Appellation zu Euer Kayserl. und Königl. Cathol. Majest. allergerechtesten
Erkänntniß stelle, so sind doch quoad materialia die Gravamina nicht von dem
mindesten Bestande. Dann was (1) von Appellanten vorgegeben wird, daß
pro processu judicis andrer Gestalt nicht zu præsumiren seye, als in wie weit
alles dasjenige, was vor dem Judice abgethan und abgehandelt, durch unleug-
bare Urkunden und Documenta verificiret werden kan: So habe wegen die-
18 sem mich in eine unnöthige Weitläufftigkeit einzulassen nicht nöthig, sondern
will nur mit wenigen erinnern, daß zwar pendente appellatione pro pro-
cessu judicis nicht, wohl aber für den Sentenz und des Richters Gezeugniß in
so lange zu præsumiren seye, bis ein anders in appellationis instantia geord-
net, und eine Reformation von dar aus erfolge. Verum equidem est, quod
pendente appellatione pro processu judicis non sit præsumendum, attamen
pro ipsa sententia & attestatione judicis, per sententiam facta, sat magna
præsumtio, donec reformatio sequatur. *Panormit. in Cap. quoniam contra, ibi-
que Decius X. de Probat.* Scilicet propter autoritatem & fidem, qua pollet
judex ceu vir probus atque honestus. *Garf. Mastrill. Decis. 8. n. 5. Andr. Al-
ciat. de Præsumt. Reg. 3. præsumt. 8. n. 1. & seqq.* Wodurch denn der erste Pas-
19 sus der vermeyntlichen Gravaminum zernichtet worden. Anlangend den (2)
so ist selber von gar keiner Consideration. Dann obschon des Richters Zeug-
niß etwas verdächtig, auch dieserwegen sein Geständniß nicht einen vollkom-
menen Glauben verdienet, nichts destoweniger ist eine nicht ungegründete Muth-
massung und Præsumtion für das Zeugniß und Abscheid des Richters, Krafft
welchem man desselben Ausspruch in Zweifel zu ziehen nicht befugt ist, vielwe-
niger kan man demselben allen Glauben abstricken, sondern man ist vielmehr
verbunden, seinem Gezeugniß in so lange zu glauben, bis vom Gegentheil ein
20 anders erwiesen, und Appellanten solches ordentlich ausgeführet haben. Quam-
obrem, licet judicis testimonium sit suspectum, nec propterea attestatio
ejus plenam mereatur fidem, attamen præsumtio hinc dicto & scripto ipsi-
us non est deneganda, quin potius eis standum, donec ab adversa parte
contrarium probetur, & appellans aliud deducat, cum præsumtionem pro
sententia contra se habeat. *L. hi qui ad civilia 7. vers. cum igitur ad manus
Cod. de appellat.* Dahero denn auch dem Richter nicht aller Glauben abzusagen,
21 sondern vielmehr allzeit für seine Probität zu præsumiren, weil er zu seinem
Amt vereidet; ideoque non omnis judici deneganda fides, maxime in iis,

quæ

quæ aliis non possunt esse nota. *Felin. in Cap. cum a nobis 18. X. de testib. & attestat. n. 12.* Et quod dictum, judicis assertioni non esse credendum, id 22
restringi debet, ad eum casum, quo tanquam testis producitur, ut viva voce deponat; secus vero, quando testatur de iis, quæ coram se ut judice gesta sunt. *d. Cap. cum a nobis 21. X. de testib. & attestat. ubi Felin. n. 5. & 8.* Nun dann zum 3. und 4. Passu zu schreiten, so sind beyde von schlechter Folge und Erheblichkeit. Dann wann gleich das Urthel oder Decret wegen eingewandter Appellation zu seinem Effect nicht gelangen mag, so wird doch hierdurch demselben, in so lange solches nicht reformiret wird, an seiner Bündigkeit nichts benommen, sondern bleibt allzeit bündig und gültig. Proinde ne- 23
gari quidem non potest, quod sententia vel decretum, per appellationem suspensum, careat effectu judicati: *L. 1. §. ult. ff. ad SCtum Turpill. Cap. venientes X. de jurejur. Ant. Faber d. def. 7. n. 2. Felin. in d. Cap. quoniam contra 12. n. 19.* Non tamen inde sequitur, quod præsumtio, quæ stat pro judice, 24
tollatur, siquidem ea ab effectu judicati multum differt; quia judicatum 25
importat executionem sententiæ, præsumtio liberat duntaxat ab onere probandi. Nach also gründlich widerlegten der Gegenseitigen nichtigen und unerheblichen Gravaminibus werden Euer Kayserl. und Königl. Cathol. Majest. allergnädigst zu ersehen geruhen, daß alle die von denen Appellanten vorgebrachte Beschwerden wider den vom löblichen Magistrat zu N. den 22. Jan. a. c. publicirten gerechtesten Bescheid nicht von dem mindesten Rechte, auch dieselben nicht im geringsten dadurch graviret worden, sondern die ergriffene Appellation höchst frivola: Dahero implorire Euer Kayserl. und Königl. Cathol. Majest. ich hierdurch allerunterthänigst Fuß-fallig, Sie geruhen bey dessen allermildesten Erwägung allergerechtest zu befinden, daß in prima instantia wohl gesprochen und übel appelliret worden, und dahero Appellanten alle durch diese frivolam appellationem causirte Schäden und Unkosten refundiren sollen. Euer Kayserl und Königl. Cathol. Majest. weit gepriesener Eifer in Administrirung der heilsamen Justitz lässet mich an allergerechtester Erhörung meines denen Rechten gemässen Petiti keineswegs zweifeln, dagegen ich auch in allerunterthänigster Devotion ersterbe 2c.

Sententia ab appellationis instantia. 26

Daß die Appellation in ihren Formalien beständig, und diese Sache an uns zu gebührender Rechts-Fertigung erwachsen, der Materialien halben ist aus denen Acten allenthalben so viel zu befinden, daß disfals übel appelliret; derowegen es bey dem am 22. Januarii a. c. von den Stadt-Gerichten zu N. gegebenen Bescheide nicht unbillig bleibet: Dahero auch diese Sache dahin wie-

wieder zu remittiren und zu weisen, immassen wir dieselbe hiemit dahin re-
mittiren und weisen. V. R. W.

27

Corollarium.

Vidisti in præcedente Conclusione, qualiter lis post exceptiones di-
latorias in omnem eventum contestanda sit, quod non tantum apud nos in
Silesia necessario requiritur, verum & idem de jure Saxonico dispositum
reperitur; nam & in Saxonia litis contestatio exceptionibus dilatoriis in
omnem eventum subnectenda, conf. *tit. Elect. Sax. 3. part. 2. Ordin. Process. Jud.*
28 *Sax. tit.* **von den** *Exception. 11. in princ. in verb.* **alle** *Exceptiones dilatoriæ.* Idem
in Romano Imperio observatur per Recessum *de anno 1654. art.* **Diesem-**
nächst beym dritten Haupt-Punct rc. §. **Es soll auch hinführo** rc.
29 Vidisti etiam harum exceptionum nonnullas, verum adhuc multæ
30 recensendæ restant, videlicet *prima exceptio personalis comparitionis.* In crimi-
31 nalibus enim aut matrimonialibus causis principalis in persona comparere
32 tenetur, nec per procuratorem vel defensorem expediri queunt. Sic quo-
33 que mulieres & minores personaliter comparere debent; uti & jurata dif-
fessio aut juramentum delatum per ipsum principalem præstandum, quod
universaliter ad omne juramentum extendendum. Dantur & alii casus
34 specialiter excepti, in quibus ipsius principalis comparitio necessaria: (1)
Si agatur ex literis cambialibus; mulieribus tamen ex cambio conventis
per actorem se defendere permissum est, exceptis solummodo mulieribus,
propriam mercaturam exercentibus. (2) Si in instrumento adjecta sit clausu-
la cambialis, v. g. im Fall sich der Debitor in Abtragung der Zinsen auf die ge-
setzte Zeit, oder mit Ablegung des Capitals nach vorhergehender halbjährigen
Auffkündigung säumig erweisen würde, soll die Obligation die Würckung eines
Wechsel-Briefes haben, und wider den Schuldner aller Orten, wo er nur an-
zutreffen, nach Wechsel-Recht verfahren werden. (3) Si debitor in instru-
mento obligationis se ad personalem comparitionem adstrinxit, v. g. daß,
wofern der Creditor des Darlehns halber solte vor Gerichte klagbar werden, er
Debitor jeder Zeit in Person erscheinen, und sich keines Gevollmächtigten oder
Defensoris gebrauchen wolle. (4) In omni causa mercatoria. Ergo bene
notandum, quod in omnibus recensitis casibus principalis se in persona si-
stere cogitur, & si procuratorem ablegare, aut se per eundem defendere vel-
let, eidem cum effectu exceptio personalis comparitionis opponitur.
35 *Secunda exceptio restitutionis in integrum*, quæ locum habet (1) ob omis-
36 sam exceptionem perpetuam, *Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 43. n. 24.*
(2) contra desertam appellationem vel omissam probationem, (3) etiam
con-

contra lapsum fatalium. *Ord. Process. Sax. tit. 20.* §. **Und dieweil** ꝛc. *& Decis.*
Sax. 4. Gaudent vero restitutionis exceptione non solum minores, & ad 37
horum exemplum ecclesiæ, & alia pia loca, nec non respublicæ, civitates,
& similes universitates, *Carpzov. lib. 2. Resp. 9. Lauterbach. Concl. Forens. Ex. 12 th.*
ult. sed etiam majores, ex clausula generali *si qua mihi justa causa*, ut sunt 38
error & ignorantia, præsertim hominum simplicium, *Mev. p. 4. def. 148. n. 14.* 39
negligentia advocati, *idem p. 3. def. 29.* nec non procuratoris, si is solvendo
non est, *Carpzov. p. 1. const. 1. def. 23.* aut etiam tutorum, licet hi solvendo
sint. *Mevius p. 7. decis. 286.* Pauperi nulla currunt fatalia, eo quod propter 40
defectum sumptuum agere non valeat; *Mev. part. 3. decis. 177. & 178.* proin-
de imperite ratione ejusdem imploraretur restitutio in integrum.

Tertia exceptio citationis deficientis, cum citatio principium sit ac funda- 41
mentum cujuscunque processus civilis, excepto solo summarissimo posses- 42
sorio. *Mev. p. 2. decis. 234.* Proinde reus, tametsi ad unam fortassis causam 43
citatus, præsens in judicio sit, ad aliam, nisi sit leviuscula aut modici præju- 44
dicii, respondere non tenetur. *Carpzov. lib. 3. Resp. 22.* Quamobrem diffa-
matus, etiamsi diffamans statim in termino offerat actionem principalem,
ad eam absque prævia citatione respondere non est obstrictus. *Carpzov. part.*
3. Decis. 214. Cessat autem hæc exceptio: (1) Si probabiliter constet judici, 45
partem esse citatam, v. g. si compareat in judicio. *Carpzov. lib. 3. Resp. 22. n. 33.*
Supplebit enim hoc passu comparitio citationis defectum. *Gail. lib. 1. obs. 58.*
Mev. part. 2. decis. 48. (2) Si citatio pacto contrahentium remissa esse appa-
ret. *Brunnem. de Proc. Civil. cap. 3. n. 24.* (3) Si debitor ad instantiam unius
creditoris incarceretur, licet solvat debitum, pro quo arrestatus fuerat, ab
aliis tamen creditoribus in arresto detineri potest; neque enim tum defi-
cientis citationis exceptionem urgere valet.

Quarta exceptio juris deliberandi. Hac exceptione hæres, a creditori- 46
bus hæreditatis intra annum deliberandi inquietatus, se tueri valet. Con- 47
cessa enim est hæredi facultas intra annum consultandi, num hæreditatem
sibi delatam adire, an vero eandem repudiare velit? *L. 19. Cod. de jure de-*
liber. Hic annus de jure quoque Saxonico est civilis, nempe 52. hebdo- 48
madum; *Decis. Sax. 57.* quamvis alias annus Saxonicus constet 58. septima- 49
nis & 3. diebus. Cessat hæc exceptio, si lis jam cum defuncto testatore cœ- 50
pta fuerit. Quamobrem & eadem per mandatarium a defuncto constitu-
tum continuanda, ita tamen, ut adhuc hæredi renunciatio hæreditatis salva
maneat. Beneficium enim, quod hæres a lege habet, ad novas lites perti-
net, non ad inchoatas. *Faber in Cod. lib. 6. tit. XI. def. 38.* Sola autem emissa 51
citatio, ad defunctum ante obitum emanata, non sufficit, ut lis dicatur cœ-

pta, cum potius litis initium sit a litis contestatione. *L. 1. Cod. de lit. contest.*
52 Hic bene notandum, quod arbitrium deliberandi transeat ad posteritatem hæredis, ita ut, si hæres sciens, sibi hæreditatem esse delatam, durante tempore annali decesserit, reliquum tempus pro adeunda hæreditate ad suos hæredes transmittat. *L. 19. Cod. de jure deliberandi.* Si vero hæres hæreditatis delatæ inscius, vel intra vel post deliberationis annum decesserit, hæres hæredis contra lapsum anni ad deliberandum dati restitutionem in integrum petere potest ex clausula generali *ob justam defuncti ignorantiam. Modest. Pistor. p. 4. quæst. 131. n. 251. Rauchbar. part. 2. quæst. 15. n. 25. per L. 86. ff. de acquir. hæredit.*
53 Lipsiæ falliti hæredes intra bimestre spatium se declarare tenentur, an beneficio inventarii adire hæreditatem defuncti velint, an non, *ex Ordinat. Proc. Mercat. §. 23.*
54 *Quinta exceptio libelli mutui.* Huic exceptioni locus, si in termino
55 emendetur libellus quidem ante guarandam præstitam, quod actori per-
56 missum, modo expensas resarciat. *Ord. Process. Sax. tit. 5. §.* **Da auch** *etc.*
57 Quodsi lis absque conditione contestata vel guaranda præstita fuerit, correctio libelli penitus est interdicta. Mutatur etiam libellus per auctionem summæ aut substitutionem puri pro alternativo; per minutionem tamen summæ non mutatur, quia minor summa inest majori. *L. 1. §. 14. ff. de V. O.*
58 Cessat hæc exceptio, (1) si in libello obscuritas declaratur, quod certe, cum nihil de novo addatur, usque ad sententiam fieri potest; *Carpzov. part. 1. Const. 11. def. 12.* (2) in actionibus universalibus ac generalibus. *Carpzov. d. l.* Quæ vero tales sint, declarat *Schneidewin. ad §. curare 32. Inst. de actionibus n. 7. & seq.*
59 *Sexta exceptio illegitimi arresti*, quæ (1) tunc opponitur, si a judice in-
60 competente arresta imponantur. Notandum tamen, quod ratione mo-
61 bilium judex habeatur competens non solum is, sub quo debitor suum domicilium habet, sed etiam ejus loci, ubi res reperiuntur. *Carpzov. in Process.*
62 *tit. 21. art. 3. n. 50.* Item ulterius observandum, quod, quamvis arrestantes in loco impetrati arresti credita sua probaverint, denuo tamen eadem in loco concursus universalis sub pœna præclusi liquida facere, ac ratione prioritatis jura sua deducere debeant. (2) Si impetrans alieno nomine absque legitimo mandato, vel si persona conjuncta est, absque cautione rati,
63 realiter præstita, arresti impositionem obtinuit. Aliud dicendum (1) in causis mercatorum, ubi etiam literæ æquipollent mandato solenni, *Carpzov. lib. 4. Resp. 36.* quoad primam renovationem; ad renovationem vero secundam & oblationem libelli arrestatorii requiritur solenne mandatum. Atque (2) si arrestum nomine ejus, qui reipublicæ causa abfuit, impetratum.

(3) Si

(3) Si non probetur, debitorem bonis suis labi, nec esse solvendo. Non tamen requiritur exacta inopiæ debitoris probatio, *Resolut. Grav. de ann. 1661. tit.* **von** *Justitien* = **Sachen** §. sed sufficiunt conjecturæ & præsumtiones probabiles. *Carpzov. lib. 4. Respons. 38. n. 10.* (4) Si debitum sit illiquidum; 64
pro impetrando enim arresto jus petentis debet esse certum, uti patet ex *Resolut. Gravam. de ann. 1661. d. tit. §. 9. vers.* **Woferne die Schuld richtig** ꝛc. *Carpzov. lib. 4. Resp. 38. n. 4. Mev. part. 3. Decis. 135. n. 5.* Sufficit tamen ad pe- 65
tendum arrestum aliqualis saltem debiti demonstratio: Quanquam falliti (die Banquerot gewordene) ad impetrandum arrestum per libros suos debitum probare possunt, ipsis tamen alia pleniorque probatio injungi solet. Quia ut libri semiplene probent, proferens bonæ famæ & persona fide di- 66
